De elegia, في الرثاء
De flagitatione, في الاقتضاء
De objurgatione, في العتاب
De comminatione et præmonitione, في الوعيد و الانذار
De satyra, في الهجاء
De excusatione, في الاعتذار
De divulgatione poeseos et de felicitate in laude, في سيرورة الشعر و الحظوة في الحمد
De eo, quod est inter laudem et satyram ambiguum, في ما اشكل من المدح و الهجاء
De principiis genealogiæ, في اصل النسب
De nominibus relationis, scil. iis, quæ rebus induntur, a locis, unde putantur provenire, في النسبة
De ideis a recentioribus excogitatis, من المعاني المحدثة
De iis, quæ sunt inter antiquos et recentiores communia, ما جاء للمتقدمين و شاركهم فيه المحدثون
De erroribus poetarum, eorumque, qui carmina memoriæ mandaverunt, في اغاليط الشعراء و الرواة
De plagiis et quæ sunt similia, في السرقات و ما شاكلها

In fine, و قد نجز التعليق من كتاب العمدة لابن رشيق الازدي . . . . فرغ منه ٦٤٤

"Completa est transcriptio libri 'Fulcimenti' ab Ibn Rashíc al-Azdi, ... finis factus est anno 644. [Add. 9661.]

D CI.

Codex bombycinus in 4to. ff. 95: nitide exaratus, A.H. 1206, A.D. 1791. Duæ primæ paginæ auro et coloribus variis exornatæ sunt; paginæ et singulæ lineæ per totum volumen auro inclusæ.

I. Burhán al-Dín Abú 'l-Hasan 'Ali Ibn Músa Ibn Abi 'l-Cásim al-Ansári al-Andalusi, برهان الدين ابو الحسن علي بن موسي بن ابي القاسم الانصاري الاندلسي. Obiit A.H. 500.

Poematum brevium de Alchymia collectio, ad literarum ordinem digesta.[a]

Tit. شذور الذهب
"Micæ Auri."

Init. اذا ثلّثت المربع بالزهرة امرؤ

In calce, fol. 51, legitur, قد تم الكتاب . . . و ذلك في سنة الف و مائتين و ستة من الهجرة النبوية لاربعة عشر خلون من شهر رمضان المعظم علي يد كاتبه افقر العباد . . . الحاج محمد البغدادي الشهير بابن المكاري و ذلك في مدينة دمشق الشام

"Finitus est liber anno millesimo ducentesimo sexto a Fuga Prophetæ, quatuordecim diebus elapsis e mense Ramaṣán venerando, manu exscribentis eum, servorum pauperrimi, . . . al-Hájj Muḥammad al-Bagdádi, dictus Ibn al-Makári, et hoc quidem Damasci Syriæ."

II. Ibn al-Ṣaláh, ابن الصلاح.[b]

Excerptum de virtutibus salis, ex opere ejus, quod inscriptum est:

كشف الاستار عن خواص الاسرار

"Retectio velorum de proprietatibus mysteriorum." fol. 53.

Init. اقول قولا صريحا رجل لم يطلعه الله تعالي علي اسرار الاملاح

III. Excerpta quædam de operationibus alchymicis, desumpta maximam partem ex operibus Jábir Ibn Hayyán,[c] جابر بن حيان, e libro المقنع[d] dicto, aliisque a Muhyi al-Dín Ibn al-'Arabi,[e] محيي الدين ابن العربي conscriptis, denique ex opere غاية السرور,[f] cujus al-Jildaci,[g] الجلدقي auctor est. fol. 68.

Init. و من ذلك ان المفيد قال يوخذ الاول المعدني

IV. Carmina quatuor ad Alchymiam spectantia, quorum auctores atque initia infra exhibentur. fol. 83.

1. Muhyi al-Dín Ibn al-'Arabi al-Ṭái,[h] محيي الدين ابن العربي الطائي

Init. يا طالب الاسرار في الاسماء ان الذي تبغيه عند الماء

(a) De viro et opere vide Haj. Khal. ad شذور الذهب, ed Fluegel, tom. iv. p. 17. Idem opus recensetur a Casiri, Bibl. Arab. Hisp. tom. i. p. 155, Cod. DXXVII., qui auctorem tradit appellatione Ibn Arfa' Rás, ابن ارفع راس innotuisse, atque ab Uri, Bibl. Bodl. Cat. tom. i. p. 267.

(b) Nescio an is idem sit ac Ibn al Ṣaláh quidam medicus, de quo notitia reperitur in "Uyún al-Anbá," Cod. Add. 7340, fol. 172. Hic nomen habuit Najm al-Dín Abú 'l-Futúḥ Ahmad Ibn Muḥammad, majorem vitæ partem in Bagdád egit, obiit autem Damasci post A.H. 540. Sed inter opera, quæ loc. cit. ei tribuuntur, id, de quo hic agitur, non invenimus.

(c) Is Ja'fari al-Ṣádic discipulus fuit, et in ejus vita ab Ibn Khallikán memoratur, ed. Wüstenfeld, vit. 130, ed. De Slane, tom. i. p. 154, vers. Angl. tom. i. p. 300. Vide etiam Casiri, Bibl. Arab. Hisp. tom. ii. p. 423; et Wüstenfeld, "Geschichte der Arabischen Ærtzte," No. 25.

(d) Vide Haj. Khal. sub المقنع, Cod. Add. 7446, fol. 478, vers.

(e) Muhyi al-Dín Muhammad Ibn 'Ali al-Ṭái al-Andalusi, dictus Ibn al-'Arabi, محيي الدين محمد بن علي الطائي الاندلسي المعروف بابن العربي, operum celeberrimorum de doctrina Sufica, *Fuṣúṣ al-Ḥikam, al-Futúḥát al-Makkiyyah*, aliorumque scriptor, natus est Murciæ in Hispania A.H. 560, migravit autem in Orientis terras A.H. 598, atque Damasci A.H. 638 supremum diem obiit. Ita enim ab his traditum reperio, qui vitam ejus enarraverunt: scil. 'Abd al-Raḥmán Jámi, in "Nafaḥát al-Uns," Cod. Add. 16,718, fol. 254; al-Sha'ráni, in "Lawácih al-Anwár," Cod. Add. 7347, fol. 267; al-Maccari, in "Nafhat al-Ṭíb," Cod. Add. 9593, fol. 37; et auctor "Majális al-Múminín," Cod. Add. 16,716, fol. 308. De eo confer etiam Haj. Khal. sub الفتوحات المكية, ed. Fluegel, tom. iv. p. 381; D'Herbelot, ad Arabi; De-Rossi, Dizion. Stor. p. 40; Casiri, Bibl. Arab. Hisp. tom. i. p. 539; Nicoll, Bibl. Bodl. Cat. pp. 72 et 577.

(f) Vide Haj. Khal. sub شذور الذهب, in quem librum hic est commentarius, ed. Fluegel, tom. iv. p. 17.

(g) Aidamir Ibn 'Ali al-Jildaci, ايدمر بن علي الجلدكي, qui circa A.H. 740 in Syria et Ægypto floruit. Vide Haj. Khal. ibid., et Wüstenfeld, "Geschichte der Arab. Ærtzte," No. 254.

(h) Vide supra, not. e.

2. Abú 'l-Fais Du 'l-Nún al-Ikhmími,[a] ابو الفيض دو النون الاخميمى

Carmen ejus generis, quod ارجوزة vocant, in quo singulorum versuum hemistichia ambo eadem syllaba clauduntur.[b] fol. 85.

Init. الحمد لله الجميل فعله قد شمل الخلق جميعا فضله

3 Al-Ṭugrái, الطغرائي.[c]

Carmina duo breviora, quorum prius sic incipit:

في الماء سر عظيم لا يحسّ به   الا الحكيم العليم الماهر الفطن

alterum autem hoc versu:

خذ العلم من قرب و نكب عن البعد
ففى القرب اشياء تدل علي الرشد

fol. 90.

IV. Ænigma ab incerto auctore, quinque constans distichis, præmissa præfatione, atque explicatione addita a Muhammad Karím al-Dín al-Halwi al-Damardái al-Sháfi"i, محمد كريم الدين الحلوي الدمردائي الشافعي. fol. 92.

Tit. Comm. الانتباه من النوم في بيان اسم حجر القوم

"Expergefactio e somno, de expositione nominis lapidis philosophici."

Init. Præf. الحمد لله الواحد الاحد القيوم السرمد

Init. Ænigm. ان الذي استرت مكنون اسمه
وكنمته كيما افوز بفضله

[Add. 7590. *Rich.*]

D CII.

Codex bombycinus in 4to. ff. 226: sæc. fortasse xiv aut xv exaratus. Folia autem chartacea quatuor passim, et quinquaginta novem in fine, A.H. 1145, A.D. 1732, suppleta sunt. Pars codicis antiqua accuratissime scripta est, vocalibusque omnibus instructa.

Abú 'l-Mutaffar Muhammad Ibn Abú 'l-"Abbás Ahmad al-Mu"áwi al-Abíwardi, ابو المظفر محمد بن ابي العباس احمد المعاوي الابيوردي. Obiit A.H. 507.[d]

Collectio poetica, ea carmina complectens, quæ in pueritia et juventute effudit, atque, a regione, in qua pars eorum maxima condita fuerit, العراقيات, quasi "*Iráciana*" nuncupavit, ut ipse in præfatione declaravit his verbis, كلفني الاخوان ان اجمع شذاته و اجعل هذه المجلة صوانه فاودعتها خمسة آلاف بيت مما املاه علي مرح الفتا و ميعة الشباب و شرة الصبي و وسمتها بالعراقيات اذ نهياء نظمها باطرار الجبل و العراق "Postulaverunt a me fratres, ut carmina dispersa colligerem, atque hoc volumen eorum receptaculum facerem. In id igitur quinque millia versuum deposui, ex eis, quos juventutis alacritas, flos adolescentiæ, et pueritiæ ardor mihi dictaverunt. Quum autem in "Irác Persici et "Irác Arabici tractibus eos contexere mihi obtigerit, *Iraciana* nomen eis indidi."

Init. Præf. اما بعد حمد الله علي نعمة غنّاء المراد

Init. Carminis primi:

خاض الدجي و رواق الليل مسدول
برق كما اهتز ماضي الحد مصقول

His carminibus laudantur præcipue Muctadi et Mustaṭhir Khalifæ, eorumque Veziri; porro Saif al-Daulah Abú 'l-Ḥasan Ṣadacah, صدقة, qui ea tempestate Ḥillæ imperium tenuit, et alii quidam Arabum principes. Nulla autem certa ratione digesta fuisse videntur, nisi quod carmina breviora, المقطعات dicta, ad finem rejecta sunt.

Poetæ nomini hi præfiguntur tituli, جمال العرب, تاج خراسان فخر الرؤساء افضل الدولة, "Arabum decus, Khorasani corona, Principum gloria, Imperii vir præstantissimus." Vitam ejus, ex "Wafayát al-A"yán" excerptam pagina prima exhibet. Foliis extremis duobus carminum index continetur.

In fine, كان تكميل هذه النسخة علي يد العبد الضعيف ابو الاخلاص حسن بن عبد الله بن محمد بخشي زاده و ذلك في ثالث جمادي الاخرة من شهور سنة ١١٤٥

"Completa est restitutio hujus exemplaris manu servi imbecillis Abú 'l-Ikhlás Ḥasan Ibn "Abd Allah Ibn Muḥammad Bakhshi Zádah, die tertio Jumáda alterius e mensibus anni 1145."

[Add. 7557. *Rich.*]

D CIII.

Codex chartaceus in 4to. ff. 87: exaratus sæc., ut videtur, xvi.

Muwayyid al-Dín Abú Isma"íl al-Ḥusain Ibn "Ali al-Ṭugrái, مؤيد الدين ابو اسمعيل الحسين بن علي الطغرائي. Obiit A.H. 514.[f]

Díwán,[g] sive poemata ad ordinem alphabeti digesta, præfixa auctoris epistola ad familiarem, a quo ad ea colligenda instigatus fuerat.

Init. Epist. قد انتهيت الي ما اقترحه الشيخ الامام

Init. Carmm. ساحجب عني اسرتي عند عسرتي
و ابرز فيهم اذ اصبت ثراء

(a) Abú 'l-Faiḍ Thaubán Ibn Ibráhím, dictus Ḍu 'l-Nún al-Misri, ابو الفيض ثوبان بن ابراهيم المعروف بذي النون المصري, inter summos Suffismi doctores habetur. Natus est patre Nubio in Ikhmím, Ægypti urbe; obiit autem in Misr A.H. 245. Notitias de eo scripserunt Ibn Khallikán, ed. Wüstenfeld, vit. 128, ed. De Slane, tom. i. p. 148, vers Angl. tom. i. p. 291; Al-Sha"ráni, in "Lawácih al-Anwár," Cod. Add. 7347, fol. 98, et "Abd al-Rahmán Jámi, in "Nafahát al-Uns," Cod. Add. 16,718, fol. 15. Vide etiam Al-Sam"áni, in "Kitáb al-Ansáb," sub اخميمي, Cod. Add. 7352, fol. 21; D'Herbelot, ad Dhoualnoun; Casiri, Bibl. Arab. Hisp. tom. i. p. 441; Nicoll, Bibl. Bodl. Cat. tom. ii. p. 206, not. *e*; Wustenfeld, "Geschichte der Arabischen Ærtzte, No. 61.

(b) Idem carmen recensetur in Bibl. Bodl. Cat. tom. ii. p. 206.

(c) De Al-Ṭugrái vide supra p 259, not. *a*. Horum autem carminum in ejus Díwán, Cod. Add. 7558, neutrum reperimus.

(d) Vitam ejus Ibn Khallikán enarravit, ed. Wüstenfeld, vit. 685, De Slane, vers. Angl. tom. iii. p. 116. Vide etiam Abulf. Annal. Musl. tom. iii. p. 380; D'Herbelot, sub Abiourdi; De-Rossi, Dizion. Stor. p. 6; Carlyle, "Specimens of Arabic Poetry," p. 141; Nicoll, Bibl. Bodl. Cat. tom. ii. p. 611.

(e) Idem opus, perverso auctoris nomine, Casiri, Bibl. Ar. Hisp. tom. i. p. 109, recensuit. Aliæ etiam exstant ejusdem collectiones poeticæ, posterius emissæ, atque النجديات, الوجديات, etc inscriptæ, quæ omnes, cum hac nostra conjunctæ, "Díwán" efficiunt. Vide Ibn Khallicán loc. cit., et Haj. Khal. ad ديوان الابيوردي, ed. Fluegel, tom. iii. p. 259.

(f) Vide supra p. 259, not. *a*.

(g) Vide Haj. Khal. sub ديوان الطغرائي. ed. Fluegel, tom. iii. p. 292.

Viri, quorum laudes potissimum decantantur, reges sunt duo e Saljucidarum stirpe, Giyáth al-Dín Muhammad, غياث الدين محمد, et filius ejus Mas"úd, مسعود, Wazirus illustrissimus Niṭám al-Mulk, نظام الملك, ejusque filius al-Ṣáhib Muwayyid al-Mulk, الصاحب مويد الملك, denique rex Abú 'l-Faṣl As"ad Ibn Muhammad Ibn Musa, ابو الفضل اسعد بن محمد بن موسى.

Pauca in fine desunt; abrupte enim codex desinit post versum primum carminis, quod sub ي littera quintum locum obtinet, atque sic exorditur:

خليليّ اما ان نعينا و تسعدا
و اما كفافا لا عليّ و لاليا

[Add. 7558. *Rich.*]

DCIV.

Codex chartaceus in fol. ff. 294: A.H. 1099, A.D. 1792, exaratus.

Ejusdem AL-ṬUGRÁI Poema celeberrimum, *Lámiyyat al-"Ajam*,[a] لامية العجم, Commentario uberrimo instructum a ṢALÁH AL-DÍN KHALÍL IBN AYBAK AL-ṢAFADI, صلاح الدين خليل بن آيبك الصفدي, qui A.H. 764 obiit,[b] præfixa ab eodem præfatione, in qua de poetæ vita fuse disseritur.

Tit. Comm. غيث الادب الذي انسجم في شرح لامية العجم

"Pluvia humanitatis, quæ effunditur in illustrationem *Lámiyyat al-"Ajam.*"

Init. Comm. الحمد لله الذي شرح صدر من نادب

In fine, كمل غيث الادب . . . علي يد اقل العباد محمد امين بن شرفا النجعي في شهر ذي القعدة الحرام من شهور سنة تسع و تسعين بعد الالف

"Absoluta est *Pluvia Humanitatis* . . . manu minimi servorum Muhammad Amín Ibn Sharfá al-Naj"i mense sacro Du 'l-Ca"dah, e mensibus anni nonagesimi noni post mille."

[Add. 7559. *Rich.*]

DCV.

Codex chartaceus colore subrubro, in 4to. ff. 67: exaratus A.H. 800, A.D. 1397.

ABÚ L-"ABBÁS, sive ABÚ JA"FAR, AL-A"MA AL-TUTÍLI, *i.e.* TUDELENSIS, ابو العباس الاعمي و هو التطيلي و يكني ابا جعفر.[c]

Díwán sive collectio carminum, quorum pleraque in argumentis heroicis principumque laudibus versantur.

Init. اعبز عيون و انكسار حواجب
ام البرق في جنح من الليل لاعب

Celebrantur imprimis Reges duo e Moravidarum stirpe: "Ali Ibn Yúsuf Ibn Táshafín, علي بن يوسف بن تاشفين, ejusque frater Abú Isḥác Ibráhím, ابو اسحاق ابراهيم, tum proceres Hispaniæ nonnulli: Abú 'l-"Alá Ibn Zuhr, ابو العلا بن زهر, medicus illustris, filiusque ejus Abú Marwán, ابو مروان, Abú 'l-Cásim Ibn Ḥamdín, ابو القاسم بن حمدين, vir nobilissimus, qui Cáṣi atque Waziri muneribus functus est, Muhammad Ibn "Ísa al-Ḥaṣrami, محمد بن عيسى الحضرمي, dux exercitus, etc. In prima Díwáni parte carmen exstat, quo "Ali, Principis Fidelium, in Alphonsum Toleti Regem expeditio, Talavera ab eo expugnata, Toletum obsidione pressum decantantur, quæ omnia, cum A.H. 513 gesta fuerint,[d] colligendum est, ineunte sæculo ab Hijra sexto poetam nostrum floruisse: Quo anno obierit, statuere non licet; juvenem autem admodum literis ereptum fuisse, Ibn Khácán loco infra citato tradit, qui ipse ante A.H. 535 scribebat.

In pagina prima hæc legitur inscriptio, ديوان ابي العباس cui manus recentior addidit: الشيخ محيي الدين الاندلسي, quod plane absonum est.

In folio secundo hæc exstat notula in margine adscripta, قال الشيخ العلامة الوزير الاجل الافضل ابي نصر الفتح بن عبد الله بن محمد القيسي الاشبيلي الاندلسي في كتابه قلايد العقيان في القسم الرابع في ترجمته لمولف هذا الكتاب هو الاديب ابو العباس احمد بن هريرة القيسي التطيلي رحمه الله تعالي

"Doctor doctissimus, Wazír maximus præcellentissimus Abú Nasr al-Fath Ibn "Abd Allah Ibn Muhammad al-Caisi [Ibn Khácán], Hispalensis, Hispanus, in opere ejus "Monilibus Auri," capite quarto, in notitia de hujus libri auctore, scripsit, eum esse virum literatum, Abú 'l-"Abbás Aḥmad Ibn Hurairah al-Caisi, Tudelensem."

In nostro quidem "Monilium Auri" codice, Add. 9579, hæc nomina non invenimus, sed notitia ibi exstat, fol. 73, de quodam Abú 'l-"Abbás al-A"ma al-Curṭubi, ابو العباس الاعمي القرطبي, qui, non obstante nominum discrepantia, idem est ac Díwáni hujus scriptor. Carminum enim, quæ ibi afferuntur, pleraque in nostro Díwáni codice repperimus. In ejusdem Ibn Khácán opere bibliographico altero, "Matmah al-Anfus," Cod. Add. 9580, fol. 194, sub nomine Abú Ja"far al-A"ma, ابو جعفر الاعمي, eadem notitia in compendium redacta iteratur. Ex his igitur licuit nobis statuere, Al-A"aimi, الاعيمي, quod nomen in Díwáni fronte legitur, male scriptum esse pro Al-A"ma الأعمي "Cæcus," aut fortasse pro ejusdem vocis forma diminutiva al-U"aimi, الأعيمي.

In fine, تم الديوان الشريف بعون المستعان في سنة ثمانماية من هجرة النبوية

"Absolutum est hoc Díwán eximium, auxilio Opitulatoris, anno a fuga Prophetæ octingentesimo."

[Add. 9673.]

(a) Vide supra p. 259, not. *b*.

(b) Ipse poeta fuit insignis et scriptor uberrimus, quippe cui quinquaginta circiter opera de variis disciplinis tribuuntur. Natus est in Safad Syriæ A.H. 696 aut 697, et postquam in Ægypto et Syria scribæ publici munere pluries functus esset, Damasci, anno supra scripto, vita decessit. Ita enim ab Abú Bakr al-Asadi in "Ṭabacát al-Fucahá," traditum est, Cod. Add. 7356, fol. 116. Vide etiam D'Herbelot, sub Safadi; De-Rossi, Dizion. Stor. p. 161. De hoc commentario vide Ḥaj. Khal. ad لامية العجم, Cod. Add. 7446, fol. 409; idem a Casiri recensetur, Bibl. Ar. Hisp. tom. i. p. 79, atque ab Uri, Bibl. Bodl. Cat. tom. i. p. 219.

(c) Idem, ut videtur, Abú 'l-"Abbás al-Tutíli inter egregios Hispaniæ poetas ab Ibn "Asákir recensetur. Vide Casiri, Bibl. Ar. Hisp. tom. i. p. 128.

(d) Vide Maccari, "the History of the Mohammedan Dynasties in Spain," vert. Gayangos, tom. ii. p. 303.

DCVI.

Codex chartaceus in 4to. ff. 143: sæc., ut videtur, XVI. exaratus.

Abu 'l-Fasl "Abd al-Mun"im Ibn "Umar Ibn Hassán al-Gassáni al-Andalusi al-Jilyáni,[a] ابو الفضل عبد المنعم بن عمر بن حسان الغساني الاندلسي الجلياني Obiit A.H. 602.[b]

Collectionis carminum moralium pars prior, cum præfatione.

Tit. ديوان الحكم و ميدان الكلم

"Syntagma sapienter dictorum et palæstra verborum"[c]

Init. Præf. الحمد لله مجلي الحكم في افاق البيان و مطالعه

Init. Diw. يا باسط النعماء و الالاء
و معلم الاسماء و الانباء

Carmina ad literarum ordinem disposita sunt; singulis autem nota anni præfixa est, quo quodque scriptum fuerit; unde cernitur, ea ab A.H. 557 ad A.H. 602 condita fuisse, uno excepto, fol. 21, quod ad A.H. 533 refertur, lapsu, ut videtur, calami, quo ex ثمانين *octoginta* ثلاثين *triginta* factum est. Desinit hæc pars post distichon quartum carminis, quod sub غ litera primum locum tenet et sic incipit,

بهمتك الشماء تدرك ما تبغي
فلا تلتفت للقاصرين و لانصغي

Auctor in præfatione scribit, se opera sua in decem libros collegisse, quorum inscriptiones atque argumenta his verbis declarat:

فهي عشرة دواوين اولها ديوان الحكم و ميدان الكلم منظوما يشتمل علي الاشارة الي كل غامض المدرك من العلم و الي كل صادق المنسك من العمل و الي كل واضح المسلك من الفضيلة الثاني كتاب ادب السلوك و هو كلام مطلق يشتمل علي مشارع كلمات الحكمة المبصرات الثالث كتاب تحرير النظر و هو كلام مطلق يشتمل علي معالم كلمات حكمة مفردات في البسايط و المركبات و القوي و الحركات وما يتصل بذلك من المدركات الرابع ديوان المبشرات و القدسيات و هو نظم و تدبيج و كلام مطلق مزدوج يشتمل علي وصف الحروب و الفتوح الجارية علي يد صلاح الدين ابي المظفر يوسف بن ايوب فاتح مدينة البيت المقدس باذن الله تعالى فى سنة ثلاث و ثمانين و خمسماية رحمة الله عليه الخامس ديوان المشوقات الرقايق بشوق الي الملاء الاعلي و هو نظم السادس ديوان التدبيج و هو يشتمل علي اعاجيب من المدبجات المعجمة النظم السابع ديوان الغزل و التشبيب و الموشحات و الدوبيت و ما يتصل بها و هو نظم الثامن ديوان تشبيهات و الغاز و اوصاف و اعراض شتي و هو نظم التاسع ديوان ترسيل و فنون من المخاطبات و انواع من الخطب و الصدور و الادعية و نحو ذلك العاشر كتاب اسرار البلاغة و هو كلام مطلق يشتمل علي مطالع الحسن من صنايع البديع في فصل الخطاب

"Decem sunt collectiones, quarum prima est collectio sapienter dictorum et palæstra sermonum, versibus inclusa, complectens indicia abstrusæ cujusdam rei in scientia, sinceræ devotionis in agendo, et manifesti cujusdam cursus in virtute. Secunda est liber Institutionis vitæ sanctæ, oratione soluta, continens cursus sermonum sapientiæ, intellectum excitantium. Tertia est Castigatio speculationis, oratione soluta, continens sententias philosophicas solutas de elementis, rebus compositis, viribus, motibus, et rebus ad ea pertinentibus, ex eis, quæ intellectu percipiendæ sunt. Quarta collectio est nunciorum lætorum et carminum ad Hierosolyma spectantium, metris et prosa oratione ornata homœoteleutisque distincta, continens descriptionem bellorum et victoriarum, quæ contigerunt manu Ṣaláh al-Dín Abú 'l-Mutaffar Yúsuf Ibn Ayyúb, qui, concedente summo Numine, anno quingentesimo octogesimo tertio, Hierosolyma expugnavit. Quinta collectio est carminum tenerorum, quæ desiderium conventus supremi excitant. Sexta est collectio orationis ornatæ, continens elegantias dictionis, quibus poesis impotentiæ convincitur. Septima collectio est carminum amatoriorum, pulchritudinem celebrantium, eorum, quæ Muwasshaḥát et Dúbait vocantur, et similium. Octava est collectio similitudinum, ænigmatum, descriptionum, et argumentorum variorum, sermone metrico. Nona collectio est, qua habentur epistolæ, genera varia allocutionum atque concionationum, exordia, preces, et quæ sunt similia. Decima est liber Arcanorum eloquentiæ, oratione soluta, amplectens venustates orientes ex artificiis dictionis ornatæ in allocutione."[d] [Add. 7560. *Rich.*]

(a) Scil. oriundus a Jilyánah, quod oppidum est provinciæ Guadix in Hispania, sicut scriptum est in "Mu"ajjam al-Buldán," Cod. Add. 16,649, sub voce: جليانة بالكسر ثم السكون و ي والف و نون حصن بالاندلس من اعمال وادي ياس. Vide etiam Casiri, Bibl. Arab. Hisp. tom. i. p. 99, et "The History of the Mohammedan Dynasties in Spain," ed. P. de Gayangos, tom. i. pp. 46 et 353.

(b) Vide al-Maccari, in "Nafḥat al-Tíb," Add. 9593, fol. 170, qui tradit, eum A.H. 531 in Jilyánah, vico provinciæ Granatensis, natum, in Ægyptum primum migrasse, inde autem Damascum petiisse, ubi, postquam per complures annos medicam artem simul et poeticam multa cum laude exercuisset, atque a Sultano Ṣaláh al-Dín honorifice et liberaliter tractatus fuisset, A.H. 602 vita decesserit. Vitam ejus Ibn Abú Uṣaibi"ah etiam, in ""Uyún al-Anbá," Cod. Add. 7340, fol. 169, enarrat, additis plurimis poeseos ejus speciminibus. Obitum ejus Yácút al-Ḥamawi, qui, se Damasci cum eo convenisse, tradit, ad A.H. 603 refert: vide "Mu"ajjam al-Buldán," Cod. Add. 16,649, sub جليانة. De eo vide etiam Haj. Khal. sub ديوان عبد المنعم, ديوان الحكم ,ديوان التدبيج, etc. ed. Fluegel, tom. iii. pp. 291, 276, 268; Bibl. Ar. Hisp. tom. i. p. 99; et "Codices Arabici Upsal.," descr. C. J. Tornberg, p. 88.

(c) Vide Haj. Khal. sub ديوان الحكم, ed. Fluegel, tom. iii. p. 276. Duo exstant ejusdem operis exemplaria in Bibl. Bodl.: vide Bibl. Bodl. Cat. tom. ii. pp. 95 et 251.

(d) Hæc opera omnia ab Haj. Khal. memorantur: scil. primum, sub ديوان الحكم, ed. Fluegel, tom. iii. p. 276; secundum, sub ادب السلوك, tom. i. p. 219; tertium, sub تحرير النظر, tom. ii. p. 212; quartum, sub ديوان المبشرات, tom. iii. p. 305; quintum, sub ديوان المشوقات, tom. iii. p. 314; sextum una cum octavo et nono, sub ديوان التدبيج, tom. iii. p. 268; septimum, sub ديوان الغزل, tom. iii. p. 299; decimum, sub اسرار البلاغة, tom. i. p. 280. Eadem fere Ibn Abú Uṣaibi"ah in auctoris vita recenset, nisi quod ordinem eorum invertit et, sexto omisso, hoc aliud in ejus locum affert: كتاب نوادر الوحي و هو يشتمل علي كلام حكمة مطلق في غريب معان من القران العظيم و من حديث الرسول. "Liber raritatum inspirationis.

D CVII.

Codex chartaceus in 4to. ff. 182: variis manibus exaratus, sæc. fere XIII., insertis interdum foliis multo recentioribus.

I. "ALI IBN MUCARRAB AL-"UYÚNI, علي بن مقرّب العيوني

Díwán sive carminum collectio,[a] cum anonymi scholiis.

Init. قال يمدح الامير ابا شكر مقدم بن ماجد .... العيوني

سيفي فما انت من حدّي ولا لعيب [leg. لعبي]

ما لي بشي سوي العلي [leg. العلاء] من ارب

His carminibus, quæ ab A.H. 599 ad A.H. 618 scripta fuerunt, gloriam celebravit atque egregia facta gentis suæ, quæ "Uyúnidarum[b] العيونيون nomine innotuerat; de qua, quum apud eos, quos mihi adire licuit auctores, nullam mentionem invenerim, non inutile est, ea paucis tradere, quæ ex ipsis poematibus scholiisque deduci possunt. Originem igitur ducebat gens illa a tribu Rabí"ah Ibn Nizar ربيعة بن نزار, auctoremque habuit Ibráhím Ibn Muhammad ابراهيم بن محمد, a quo "Gens Ibráhím," آل ابراهيم, etiam dicebatur. Inclaruit autem primum sub Fasl Ibn "Abd Allah, فضل بن عبد الله, ex illo Ibráhím quinta generatione prognato, qui, sæculo Hijræ quinto ad finem vergente, a tribubus variis Arabiæ tractum Bahrain البحرين dictum colentibus, dux electus, Carmatitas armis aggressus est, et imperium eorum, quod ducentos circiter annos duraverat, omnino subvertit. Ipse postea ejus terræ dominationem, a Khalifis Abbasidis sibi concessam, tenuit, posterisque tradidit. Illius pronepotem Muhammad Ibn Ahmad Ibn Muhammad Ibn Fasl, محمد بن احمد بن محمد بن فضل, filiumque ejus Mas"úd, مسعود, qui tunc temporis imperabant, atque alios quosdam ex eadem stirpe principes plurimis carminibus poeta noster celebravit. Quum autem injuriam quamdam ab eis accepisset, in "Irác confugit, ubi a Khalifa al-Násir li dín Allah et Badr al-Dín Lúlú, Mausili rege, summo honore exceptus, aliqua etiam in utriusque laudem carmina condidit.

Quanti virtus ejus poetica ab ipso et æqualibus æstimata fuerit, his ipsius versibus satis proditur:

كسوت قومي والبحرين ثوب علي   يبقي جديدا بقاء الحوت والحمل

لقد تقدمت سبقا من تقدمني   سنا و ادرك شاوي فارط الاول

بذاك قدوة اهل العلم قاطبة   ابو البقاء محب الدين يشهد لي

"Indui gentem meam et Bahrain patriam amictu gloriæ, qui tamdiu recens permansurus est, quamdiu Piscis et Aries sidera.

"Anteverti eos certamine (poetico), qui ætate me præcesserunt, et priscorum antecursores cursus meus est assecutus.

"Hoc de me testificatur, qui viris doctis omnibus exemplum est, Abú 'l-Bacá Muhibb al-Dín."

Hæc a scholiasta sic elucidantur: محب الدين لقب ابي البقاء عبد الله بن الحسين العكبراوي امام علم اهل [leg. اهل علم] العربية من اهل بغداد و غيرها وكان قد حكم له علي اهل زمانه وعلي جميع من تقدمه من الشعراء و اهل الفضل في الشعر بمائتي عام ولم يحكم عليه لاحد من المتقدمين بل لحقه بهم وكتب له بذلك كتابا حضره جماعة من اهل العلم ببغداد و شايعوه علي ذلك وكتبوا حطوطهم بتصديق ذلك "Muhibb al-Dín cognomen fuit Abú 'l-Bacá "Abd Allah Ibn al-Husain al-"Ukbaráwi[c], præsidis eorum, qui literis Arabicis in Bagdád et alibi studebant. Ille enim declaraverat, eum antecellere poetas tam æquales quam eos, qui ducentos annos ante floruissent; antiquorum autem nullum ei prætulerat, imo cum eis æquaverat eum. De hoc ei literas quum scripsisset, atque compluribus viris doctis Bagdadi ante oculos posuisset, assentierunt ei omnes, et chirographa in confirmationem apposuerunt."

Quædam in fine desiderantur: desinit enim abrupte hæc codicis pars post versum tertium carminis, quod Khalifæ Bagdadensis Waziro, Sharaf al-Dín "Amíd al-Daulah", شرف الدين عميد الدولة inscriptum est, et sic exorditur:

عميد الدولة الغراء قد لي   علام جفوتني و صرمت حبلي

Cæterum carmina in hoc Diwano neque ad ordinem literarum, neque ulla, ut videtur, certa ratione digesta sunt.

II. MUWAYYID AL-DÍN ABÚ ISMA"ÍL AL-HUSAIN IBN "ALI AL-ISFAHÁNI AL-TUGRÁI, مؤيد الدين ابو اسماعيل الحسين بن علي الاصفهاني الطغرائي. Interfectus est A.H. 514.[d]

Poema dictum لامية العجم "Lámiyyah Persarum."[e] fol. 180.

III. Carmen anonymum eodem metro et homœoteleuto ac præcedens,[f] cui hæc inscriptio præfixa est: هذه لامية العرب مبارية لامية العجم "Hæc est Lámiyyah Arabum, æmulans Lámiyyam Persarum." fol. 181.

Init. زيادة القول تحكي النقص في العمل

[Add. 7598. *Rich.*]

D CVIII.

Codex bombycinus in 4to. ff. 66: exaratus A.H. 882, A.D. 1478.

KAMÁL AL-DÍN ABÚ 'L-HASAN "ALI IBN AL-NABÍH AL-MISRI, كمال الدين ابو الحسن علي بن النبيه المصري. Obiit A.H. 619.[g]

inspirationis, continens sermonem solutum philosophicum de cogitatis quibusdam singularibus ex Corano venerando et traditione Prophetæ." Aliud etiam ejusdem opus in laudem Saladini Sultani scriptum, ab Ibn Abú Usaibi"ah laudatur, cui hæc est inscriptio, مناهج المدائح و روضة المآثر و المفاخر من خصايص الملك الناصر, Ambulacra laudum et hortus virtutum decorumque ex indole al-Malik al-Násir."

(a) Fragmenta quædam inde excerpta vide in "Nufhut ool Yumun," Calcutt. 1811, p. 316 et 590.

(b) Ab "Uyún عيون, vico provinciæ Bahrain: vide Camus sub radice عين.

(c) Obiit A.H. 616. Vitam ejus vide apud Ibn Khallikán, ed. Wüstenfeld, vit. 356; ed. De Slane, tom. i. p. 375, vers. Angl. tom. ii. p. 65.

(d) Vide supra pag. 259, not. *a*.

(e) Vide ibid. not. *b*.

(f) Editum est hoc carmen in "Nufhut ool Yumun," p. 404, ubi tribuitur cuidam Ismá"íl Ibn Abú Bakr al-Mucri al-Zubaidi, اسماعيل بن ابي بكر المقري الزبيدي.

(g) Eo enim anno in Mesopotamiæ urbe Nasíbín نصيبين Ibn al-Nabíh, annos natum circiter sexaginta, obiisse, Ibn Khallikán in vita al-Malik al-Ashraf, No. 759, p. 38, tradidit. Idem etiam Haj. Khalf. sub ديوان ابن النبيه scripsit, ed. Fluegel, tom. iii. p. 251. Al-Suyúti autem, a De Slane citatus, mortem ejus ad A.H. 621 refert: vide Ibn Khallikán, ed. De Slane, tom. ii. p. 61, not. 4.

Díwán, seu carminum collectio, cum ipsius poetæ præfatione brevi.[a]

Init. Præf. الحمد لله الذي بث ارواح العقول في اجساد الصور

Init. Diw. بغداد مكّثنا واحمد احمد
حجّوا الي تلك المواقف واسجدوا

Dicatur opus Regi præclaro ex Ayyubitarum stirpe, Saladini ex fratre al-Malik al-"Ádil nepoti, al-Malik al-Ashraf Sháh Arman, qui tunc temporis Syriæ et Iracæ imperium tenebat, cuique auctor erat a secretis. Divisum est autem in carmina dicta: 1. الخليفتيات, quibus laudatur Khalífah al-Násir li-Dín Allah, الناصر لدين الله; 2. العادليات, quibus celebratur al-Malik al-"Ádil Abú Bakr Ibn Ayyúb, الملك العادل ابو بكر بن ايوب; 3. denique, quæ longe sunt plurima, الاشرفيات in laudem filii ejus al-Malik al-Ashraf Sháh Arman Musa, الملك الاشرف شاه ارمن موسي. His accedunt poemata quædam in varios, quæ defuncto demum auctore, collecta atque edita fuerunt.

In folio primo hæc legitur inscriptio auro et cæruleo distincta, ديوان القاضي كمال الدين برسم المقام العالي الفخري سيدي عثمان نجل المقام الشريف الملك المنصور نجل الملك الطاهر جقمق

"Diwán Cási Kamál al-Dín, in usum Domini excelsi illustris "Uthmán, filii Domini nobilis al-Malik al-Mansúr, filii al-Malik al-Ṭáhir Jicmac."

In fine, كان الفراغ من نسخه يوم الاربعا الثالث والعشرين من شهر الله محرم الحرام سنة اثنين وثمانين وثمانماية علي يد محمد بن ابراهيم الطيبي

"Factus est finis ejus describendi feria quinta, die vicesimo tertio mensis Dei Muharram sacri, anno octingentesimo octogesimo secundo, manu Muhammad Ibn Ibráhím al-Ṭayyibi."

[Add. 7575. *Rich.*]

D CIX.

Codex bombycinus in 4to. ff. 126: exaratus A.H. 906, A.D. 1501.

SHARAF AL-DÍN ABÚ ḤAFS "UMAR IBN "ALI, dictus IBN AL-FÁRIṢ, شرف الدين ابو حفص عمر بن علي المشهور بابن الفارض. Obiit A.H. 632.[b]

I. Díwán, sive collectio poematum,[c] ex recensione nepotis ejus "Ali, علي سبط ابن الفارض, qui præfationem prolixam de auctoris vita et moribus adjecit.

Init. Præfat. الحمد لله الذي اختص حبيبه الاسني

Init. Diw. سايق الاظعان يطوي البيد طي
منعما عرج علي كثبان طي

Editor in præfatione scribit, se textum prodere ad fidem exemplaris, quod ab auctoris filio, Kamál al-Dín Muḥammad, كمال الدين محمد, cum codice autographo collatum, et sibi concessum fuerit. Hæc præfatio scripta est A.H. 733.

In fine, علق ذلك بيده الفانية الفقير الي رحمة ربه الغني زكريا بن محمد المحلي الشافعي . . . وكان الفراغ من تعليق ذلك في اليوم المبارك يوم السبت سادس عشر شهر ربيع الاول . . . سنة ستة وتسعماية

"Descripsit hoc manu sua caduca indigens misericordiæ Domini divitis, Zakariyyá Ibn Muhammad al-Mahalli al-Sháfi"i, et factus est finis describendi ejus die benedicto Sabbati, decimo sexto mensis Rabí" prioris."

II. BADR AL-DÍN AL-ÁTHÁRI, بدر الدين الاثاري

Collectio carminum piorum, quæ Meccæ prope templum scripsit. fol. 108.

Tit. ديوان الحرم الشريف
"Díwán Adyti Sacri."

Init. Præf. الحمد لله الذي جعل الحرم الشريف امانا لكل خايف

Init. Diw. ببابك قد وقفت اطيل لثما
علي الاعتاب يتبعه استلام

Subjunctum est in fine carmen in laudem Muḥammad, auctore al-Ṣarṣari, الصرصري.[d]

Init. تليل لمدح المصطفي الخط بالذهب
علي فضة من خط احسن من كتب

In fine, تم . . . في اثنا يوم الثلاثا المبارك العاشر من ذي الحجة سنة ستة وتسعماية

"Explicit feria quinta benedicta, die decimo mensis Zu 'l-Hijjah, anno nongentesimo sexto."

[Add. 7562. *Rich.*]

D CX.

Codex chartaceus in 4to. ff. 84: exaratus A.H. 1225, A.D. 1810.

IBN AL-FÁRIṢ, ابن الفارض.

Díwáni aliud exemplar, cum præfatione eadem.

In fine, تم الكتاب . . . . علي يد اقل الخدام . . . ملا حسين الحافظ بن علي . . . . وقد وقع الفراغ في اليوم الثاني والعشرون من صفر الخير سنة الف ومايتين وخمسة وعشرين

"Explicit liber . . . manu minimi servorum . . . Mula Ḥusain al-Ḥáfiṭ Ibn "Ali; contigit autem finis die vicesimo secundo mensis optimi Ṣafar, anno millesimo ducentesimo vigesimo quinto."

[Add. 7563. *Rich.*]

D CXI.

Codex chartaceus in 4to. ff. 502: exaratus A.H. 1200, A.D. 1806.

Ejusdem Díwáni pars prior, cum Commentario

(a) Idem opus vide apud Casiri, Bibl. Ar. Hisp. tom. i. p. 90, et apud Uri, Bibl. Bodl. Catal. tom. i. p. 267. Ejusdem fragmenta reperies in "Nufhut ool Yumun," p. 273, et apud Carlyle, Specimens of Arabic Poetry, p. 177.

(b) Vide supra, p. 261, not. *d*.

(c) Vide Haj. Khal. ad ديوان ابن الفارض, ed. Fluegel, tom. iii. p. 247.

(d) Scil. Jamál al-Dín Abú Zakariya Yahya Ibn Yúsuf al-Ṣarṣari, جمال الدين ابو زكريا يحيي بن يوسف الصرصري, qui A.H. 656 obiit: vide Haj. Khal. ed. Fluegel, tom. iii. p. 290; Casiri, Bibl. Ar. Hisp. tom. i. p. 108.

prolixo, quo mysticæ potissimum significationes explicantur, atque editoris "Ali præfatio etiam illustratur.

Commentarii auctor est "Abd al-Gani Ibn Ismá"íl al-Micdasi al-Nábulusi, عبد الغني بن اسماعيل المقدسي النابلسي, qui A.H. 1129 peremptus est, si modo notulæ in codicis fronte inscriptæ credendum est.[a]

Tit. Comm. كشف السر الغامض في شرح ديوان ابن الفارض

"Retectio arcani reconditi, ad illustrandum Díwán Ibn al-Fáriṣ."

Init. Comm. الحمد لله الذي فتح خزاين الحقايق الالهية

Præfatur scholiasta, duos tantum se novisse in idem opus commentarios, quorum alter, a Shaikh Ḥasan al-Búríni,[b] شيخ حسن البوريني, conscriptus, in literali tantum sensu, philologorum ratione, illustrando versetur, alter autem, auctore Muḥammad al-"Ilmi al-Micdasi, محمد العلمي المقدسي, mysticas quidem significationes explicet, sed eo dicendi genere, quod non nisi a Suficis possit intelligi, tum imperfectum sit, quippe quo editoris præfatio, poema in ت majus, القائية الكبري, brevioraque carmina et ænigmata omissa fuerint.

Clauditur hæc pars poemate in ت literam majore, نظم السلوك dicto, quod sic incipit:

سلام علي تلك المعاهد من فتي علي حفظ عهد الهاشمية ما فتي

In fine, وافق الفراغ يوم الاثنين سبعة وعشرين ربيع الثاني سنة مايتين والف

"Contigit finis feria secunda, die vicesimo septimo Rabí" alterius, anno millesimo ducentesimo."

[Add. 7564. *Rich.*]

D CXII.

Codex chartaceus in 4to. ff. 461: exaratus A.H. 1181, A.D. 1768.

Operis præcedentis cum Commentario pars altera, hoc incipiens versu:

ارج النسيم سري من الزوراء سحرا فاحيي ميت الاحياء

De tempore, quo Commentarius absolutus fuerit, hæc in calce auctoris verba leguntur, وقد اتفق الفراغ منه عشية يوم الاثنين التاسع والعشرين من شهر ربيع الاول سنة ثلاثة وعشرين ومايه والف من الهجرة النبوية

"Finis ejus factus est vespera feriæ secundæ, die vicesimo nono Rabí" prioris, anno millesimo, centesimo tertio a fuga Prophetæ."

In fine, وقد اتفق الفراغ من نسخ هذا الشرح المبارك يوم الثلاثا ثمانية وعشرين يوما خلا من شهر شعبان المبارك سنة احدي وثمانين ومايه والف علي يد اضعف الضعفا . . . السيد مصطفي ابن المرحوم السيد عبد السلام الجريري

"Contigit finis exscribendi hujus Commentarii benedicti feria quarta, diebus viginti octo elapsis e mense Sha"bán, anno millesimo centesimo octogesimo primo, manu debilissimi debilium . . . domini Musṭafa, filii domini defuncti "Abd al-Salám al-Jaríri."

[Add. 7565. *Rich.*]

D XIII.

Codex chartaceus in 4to. ff. 137: duobus constans libris in unum compactis, quorum prior exaratus fuit A.H. 1042, A.D. 1632; alter autem A.H. 1145, A.D. 1733.

I. "Abd al-"Azíz al-Magribi, عبد العزيز المغربي

Commentarius metricus in libellum المثلث dictum, quo Cuṭrub قطرب[c] Grammaticus eas voces includit, quæ, mutata vocali prima, varias accipiunt significationes.

Init. حمدا لبري الانام ثم الصلاة والسلام
ماناح في دوح الحمام علي الرسول العربي

II. Abú Isháć Ibráhím Ibn Abú Bakr al-Tilimsáni, dictus al-Burri, ابو اسحاق ابراهيم بن ابي بكر التلمساني الشهير بالبري

Poema metro رجز, de hæreditate. fol. 2.

Init. الحمد لله القديم الباقي الخالق المقتدر الرزاق

Hoc opus, octingentis viginti octo constans versibus, perfecit medio mensis Jumáda alterius A.H. 635, ut ipse ad calcem scripsit. fol. 105.

قد نجز النضم بحمد الله حمدا يدوم لا الي تناه
وكان من انشايه الفراغ فلان منه الذوق والمساغ
في النصف من شهر جماد الاخرة والحمد لله ولا مفاخرة
سنة خمس وثلاثين خلت من بعد ست مايه قد كملت
ابياتها عشرون مع ثمانية بعد ثمان مايه موافية

Additus est Commentarius, cujus auctor est Abú 'l-Ḥasan "Ali Ibn Yaḥya al-"Asnúni, ابو الحسن علي بن يحيي العضوني.

Init. الحمد لله ذي الجود والكرم

Glossæ uberrimæ litteris minutis adscriptæ sunt in marginibus.

Quo tempore opus absolutum fuerit, his verbis prope finem docemur, قال الشارح وكان الفراغ من الشرح يوم الخميس يوم خمسة عشر من شهر رمضان المعضم عام ٨١٦

"Dixit commentator: factus est finis hujus commentarii feria quinta, die decimo quinto mensis Ramaṣán honorati, anno 816."

Et paulo infra librarius, وكان الفراغ من نسخه يوم الاثنين عند قرب الزوال في شهر الله المعضم ربيع الثاني عام ٤٢ بعد ١٠٠٠

"Completa est scriptio ejus, feria secunda, instante declinatione [solis], mense Dei venerando Rabí" altero, anno 42 post 1000."

(a) Commentator laudatur ab Haj. Khal. sub ديوان ابن الفارض, ed. Fluegel, tom. iii. p. 248; disertius autem opus recensetur in ora codicis nostri Add. 7416. fol. 216. Carmina ejus selecta reperiuntur in "Hudeequt ool Ufrah," p. 245, et "Nufhut ool Yumun," p. 555.

(b) Obiit A.H. 1024: vide Haj. Khal. ibid.

(c) Nomen ejus integrum est Abú "Ali Muḥammad Ibn al-Mustanír, ابو علي محمد بن المستنير. Obiit A.H. 206: vide supra, p. 246. De hoc ejus opusculo confer Haj. Haj. Khal. ad مثلث في اللغة; Nicoll, Bibl. Bodl. Cat. tom. ii. p. 189; et Humbert, Anthologie Arabe, p. 177.

III. Variæ observationes et tabulæ computationis, ad opus præcedens pertinentes, fol. 110.

Init. باب من الاقرار والانكار مقرب المعني علي الاختصار

IV. Collectio exemplorum, امثلة, in Poemate et Commentario supra memoratis occurrentium, una cum tabulis computatoriis, secundum scholas Doctoris ABÚ "ABD ALLAH MUHAMMAD IBN "UKKÁSHAH, ابو عبد الله محمد بن عكاشة. fol. 121.

Init. الحمد لله رب العالمين وصلي الله علي سيدنا و نبينا و مولانا محمد خاتم النبيين

In fine, انتهت جميع الامثلة التي اردنا وضعها و الحمد لله علي ذلك علي يد كاتبها لنفسه و لمن شاء من بعده العبد الفقير .... محمد بن عبد القادر بن محمد بن عبد الرحمن الشريف نسبا المالكي مذهبا الاشعري اعتقادا .... و وافق الفراغ منه في اخر حجة الحرام متم شهور عام خمسة و اربعين و ماية و الف من هجرته عليه السلام

"Absoluta sunt exempla omnia, quæ ponere voluimus, quapropter laus sit Deo, manu scribentis ea sibimet, et cuicumque post se Deus voluerit, servi indigentis . . . Muhammad Ibn "Abd al-Cádir Ibn "Abd al-Rahman, al-Sharíf stirpe, al-Máliki doctrina, al-Ash"ari religione . . . Contigit terminatio in fine peregrinationis sacræ, complentis menses anni millesimi quadragesimi quinti a fuga ejus, super quo sit pax." [Add. 9665.]

DCXIV.

Codex chartaceus in 4to. ff. 149: variis exaratus manibus, sæc., ut videtur, XVIII.

I. MUHYI AL-DÍN AL-"ARABI, محيي الدين العربي. Obiit A.H. 638.[a]

Collectio carminum ad doctrinam Suficam pertinentium. Primum locum Casídah tenet prolixa, quæ sic exorditur:

لبيت فوادي في سبيل محجتي   محج قلوب للاحبة حنت

Aliud vero carmen brevius, tanquam si revera primum esset, errore autem intercidisset, in ora adscriptum est, cujus hoc est primum distichon:

[b]اسمي و بسم الله نفسي تسمت   واحمده والحمد حلية حلتي

II. Quædam de traditione, من عرف نفسه عرف ربه "Qui novit se ipsum, novit Dominum suum." fol. 60.

Init. الحمد لله و سلام علي عباده الذي اصطفي و بعد فقد كثر السوال عن معني الحديث

III. AHMAD AL-MUSALLIM IBN "ABD AL-RAHMÁN AL-RIFÁ"I AL-MAUSILI AL-SHÁFI"I AL-NAKSHABANDI, احمد المسلم بن عبد الرحمن الرفاعي الموصلي الشافعي النقشبندي

Carminum Suficorum collectio, cum auctoris præfatione. fol. 62.

Tit. السهم للمعتقد والسهم في المنتقد "Portio credenti et sagitta in censorem."

Init. Præf. الحمد لله الواحد الاحد الفرد الصمد المتجلي بذاته

Init. Carmm. بمطلق الحسن قلبي اليوم مشغول
مقيد بلظا حبيه مشعول

Nonnulla insunt carmina poetarum superiorum, ut sunt Ibn al-Fáris ابن الفارض, et Muhyi al-Dín Ibn al-"Arabi, محيي الدين بن العربي, variis modis, quos تشطير, تخميس, etc. vocant, ab auctore amplificata.

Post fol. 117 folium unum, post fol. 127 autem octo interciderunt.

IV. Ejusdem Ahmad al-Musallim Casídah in laudem Muhammad, cum ipsius Commentario atque præfatione, qua tradit, carmen hoc se effudisse, quum peregrinantium in loca sacra comitatum discedentem vidisset, ipse autem pio incensus desiderio, sibi domi manendum esse, ægre ferret. fol. 129.

Init. Præf. الحمد لله الذي شرح صدور المومنين بتلاوة القران

Init. Carm. عز اصطباري حيث مر و راحا
بعد افتقادي خلة و مراحا

[Add. 7599. *Rich.*]

DCXV.

Codex bombycinus in fol. ff. 105: sæc., ut videtur, XVII. exaratus.

AL-CÁSI NIZÁM AL-DÍN AL-ISFAHÁNI,[c] القاضي نظام الدين الاصفهاني

Díwán al-Munshaát, ديوان المنشآت, seu collectio epistolarum poeticarum, quibus interdum prosa oratio ornata admixta est, cum auctoris præfatione.

Init. اللهم يا مجري ماء البيان في عود اللسان

Post folium nonum aliqua desunt, quo fit, ut tam præfationis finis, quam Díwáni initium, desideretur. Carmine proximo sequente, quod ipsum initio caret, laudes celebrantur Khalifæ al-Mustansir billáh, المستنصر بالله, qui ab A.H. 623 ad A.H. 640 imperium tenuit. Cætera maximam partem inscripta sunt Wazíro Bahá al-Dín,[d] بها الدين, qui salutatur Præses Curiæ Provinciarum, صاحب ديوان الممالك, atque ejus filiis, Shams al-Dín Muhammad,[e] شمس الدين محمد, et "Alá al-

(a) Nomen ejus integrum est Muhyi al-Dín Muhammad Ibn "Ali al-Tai al-Andalusi, dictus Ibn al-"Arabi: vide supra p. 284, Add. 7590, art. iii.

(b) Hoc sane initium Haj. Khal. Diwano tribuit, quod sub ejusdem auctoris nomine recensuit. Quod autem ibidem commemoratur poema longius, الحج الاكبر, sive "Peregrinatio major" inscriptum, idem esse videtur ac illud, a quo codex noster incipit: vide Haj. Khal. sub ديوان شيخ محيي الدين, ed. Fluegel, tom. iii. p. 288.

(c) De eo notitia reperitur in "Majális al-Múminín," Cod. Add. 16716, fol. 247, ubi nomen ejus sic scriptum est Nizám al-Dín Muhammad Ibn Cási 'l-Cusát Isháç Ibn al-Mutahhar al-Isfaháni, نظام الدين محمد بن قاضي القضاة اسحاق بن المطهر الاصفهاني

(d) Nomen ejus integrum est Bahá al-Dín Muhammad Ibn Muhammad al-Juwaini, بهاء الدين محمد بن محمد الجويني. Vide Abulf. Annal. Musl. tom. v. p. 60; et Nicoll, Bibl. Bodl. tom. ii. p. 292, not. *b*.

(e) Is A.H. 683 jussu Argún Khán interfectus est. Vide vitam ejus in "Majális al-Múminín," Cod. Add. 16,716, fol. 498. De eo ejusque filio Bahá al-Dín Muhammad, qui in hoc Díwáno nonnullis celebratur carminibus, confer etiam "Raușat al-Safá," Cod. Add. 7615, fol. 69.

Dín "Atá Malik,[a] علاء الدين عطا مَلِك, qui, Hulákú et Abacá Khán imperantibus, eodem munere fungebantur. Ex annorum notis passim insertis colligitur, hæc carmina ab A.H. 631 ad 678 condita fuisse. Versus complures brevioraque carmina sermone Persico Arabicis intermixti sunt.

Hæc leguntur in codicis calce subscripta, تم الديوان من منشاته و من بعد ياتي من انشايه الرباعيات المرتبة علي حروف الهجاء الموسومة بنخبة الشارب و عجالة الراكب

"Explicit collectio epistolarum ejus ornatarum, quam excipient ejusdem carmina tetrasticha, ad ordinem alphabeti redacta, atque inscripta, "Selectio potatoris et commeatus festinanter paratus viatoris." [Add. 7566. *Rich.*]

DCXVI.

Codex chartaceus in 4to. ff. 53: duos complectens libellos, quorum prior A.H. 981, A.D. 1573 exaratus est; alter autem A.H. 979, A.D. 1571.

I. Shams al-Dín Muhammad Ibn "Afíf al-Dín Sulaimán al-Tilimsáni,[b] شمس الدين محمد ابن عفيف الدين سليمان التلمساني. Obiit A.H. 688.[c]

Díwán seu carminum collectio, ad literarum seriem disposita.

Init. يا راقد الطرف ما للطرف اعقاء
حدث بذاك فما في الوجد اخفاء

Duo præfiguntur consessus, مقامات, ad Haririanorum instar oratione soluta versibusque conflati, quorum prior sic exorditur:

حكي بعض رواة الاخبار ومن يوثق به في الاخبار قال كنت انهض

In codicis fronte sub scriptoris nomine hæc legitur notula, هو الشهير بالشاب الظريف اخبرني الامام ابوحامد البخاري نقلا عن عمي الشيخ قطب الدين الحنفي انه قال له ان سبب تسميته بالشاب الظريف انه نظم الشعر و عمره احد [leg. احدي] عشرة سنة و توفي و عمره ثمانية عشرة سنة رحمه الله تعالي

"Is appellatione 'adolescentis ingeniosi' innotuit; Abú Hámid al-Bukhári narravit mihi, patruum meum Shaikh Cutb al-Dín al-Hanafi sibi dixisse, nomen illud ea ex causa ei inditum fuisse, quod undecim annos natus carmina cœpisset condere, anno autem ætatis octavo decimo obiisset; misereatur ejus Deus summus."

De auctore ejusque patre "Afíf al-Dín notitia hæc, ex al-Dahabi[d] opere تاريخ الاسلام excerpta, in folio quinquagesimo primo descripta invenitur:

محمد بن العفيف سليمان بن علي بن عبد الله بن علي بن ياسين التلمساني الاديب شمس الدين الشاعر بن الشاعر وكان كومي الاصل [من] قبيلة يقال لها كومية بالمغرب تعاني الكتابة و ولي عمالة الخزانة ومات شابا و كان فيه عشرة و لعب وخلاعة و له شعر في غاية الحسن ولد في ‏ ‏ ومات في رجب سنة ٦٨٨ و له شعر حسن و هو موجود في ديوانه واما والده فكان يدعي العرفان و يتكلم في ذلك علي اصطلاحهم قال شيخ قطب الدين ريت جماعة ينسبونه الي رقة الدين والميل الي مذهب النصرية [leg. النصيرية] وكان حسن العشرة كريم الاخلاق له حرمة و وجاهة وخدم في عدة جهات بدمشق قلت خدم في جهاة المكس و غيرها و سمع و حدث بشي من صحيح مسلم علي بن الصلاح و السخاوي وجماعة كتب عنه بعض الطلبة و كان يتهم بالخمر و الفسق و القيادة و حاصل الامر انه كان من غلاة الاتحادية القايلين بوحدة الوجود و ان عين الموجودات هي الله تعالي الله عن قولهم علوا كثيرا و له في ذلك اشعار و رموز و تغزلات . . . . ولد في سنة ٦١٠ و توفي الي رحمة الله تعالي في خامس رجب سنة ٦٩٠

"Muhammad Ibn al-"Afíf Sulaimán Ibn "Ali Ibn "Abd Allah Ibn "Ali Ibn Yásín al-Tilimsáni, vir literatus, cognomine Shams al-Dín, poeta, poetæ filius, oriundus erat ex tribu Mauritaniæ, quam Kúmiyah dicunt; secretarii arti operam dedit atque thesaurarii munere functus est; adolescens interiit; sociabilis erat, jocosus, lascivus; poesis ejus elegantissima. Natus erat anno[e] . . . obiit autem mense Rajab, anno 688. Carmina condidit bona, quæ in Díwáno ejus exstant. Pater autem ejus rerum divinarum scientiam sibi vindicabat, atque de eis ea dicendi ratione, quæ est Suficorum propria, disserebat. Shaikh Cutb al-Dín dixit, multos se vidisse, qui corruptam religionem atque ad Nusairiorum[f] placita inclinationem ei imputarent; fuisse autem ei conversationem jucundam, indolem generosam, gravitatem quamdam atque auctoritatem; varia eum ministeria Damasci gessisse. Equidem dico, vectigalium exigendorum munere aliisque eum functum fuisse. Prophetæ dicta audivit, et ipse collectionis eorum, quam Sahíh Muslim vocant, partem ab "Ali Ibn al-Saláh, ab al-Sakháwi, aliisque acceptam tradebat; ex his quædam ab eo dictata discipuli in chartas conjecerunt. Idem vero vini potandi insimulabatur, atque vitæ libidinosæ: ad summam, Pantheistarum doctrinis fervide addictus erat, qui unam statuunt essentiam, et rerum omnium substantiam contendunt, ipsum esse Deum. (Magnopere elatus est Deus supra istorum placita.) De hac re carmina, sermones mysticos et poemata amatorii generis conscripsit . . . . Natus est anno 610; receptus est autem in misericordiam Dei supremi, die quinto mensis Rajab, anno 690."

(a) De eo vide "Majális al-Múminín," Cod. Add. 16,716, fol. 505, ubi traditur A.H. 681 obiisse. Abulfeda autem mortem ejus refert ad A.H. 680: vide Ann. Musl. tom. v. p. 60.

(b) Sic enim nomen tam in libri inscriptione, quam in notitia ex Táríkh al-Islám deprompta, legitur: in ipso autem textu scriptum est: شمس الدين ابو عبد الله محمد ابن الشيخ الامام العالم الاوحد عفيف الدين عبد الله بن سليمان التلمساني

(c) Vide excerptum ex Táríkh al-Islám in ipso codice, fol. 51. Operis inscriptionem Haj. Khal. commemorat, præterea nihil: vide sub ديوان ابن العفيف: ed. Fluegel, tom. iii. p. 247; itidem sub ديوان الشاب الظريف, tom. iii. p. 286.

(d) Shams al-Dín Abú "Abd Allah Muhammad Ibn Ahmad al-Dahabi, شمس الدين ابو عبد الله محمد بن احمد الذهبي; obiit A.H. 748: vide Haj. Khal. ad تاريخ الذهبي: ed. Fluegel, tom. ii. p. 131.

(e) Anni nota deest: ex notitia autem de eodem in Cod. Add. 9656, fol. 80, licet supplere A.H. 662.

(f) Sic enim vox bis scripta est in ejusdem viri vita, "Nafahát al-Uns," Add. 16,717, fol. 266; vide D'Herbelot sub Nossairioun.

In fine, وافق الفراغ منه في يوم الاحد المبارك سابع عشرين سفر سنه ۹۸۱

"Contigit finis ejus feria prima benedicta, die vicesimo septimo mensis Safar, A.H. 981."

II. AL-SHARÍF IBN AL-HABBÁRIYYAH,[a] الشريف بن الهبّارية.

Carmen breve præcepta ludi schaccorum tradens. fol. 37.

Init. الشاة لا تحضر عند الشاة لانها من اعظم الدواهي

III. TACÍ AL-DÍN AL-SUBKI, تقي الدين السبكي.[b] fol. 37. b.

Poema prolixius in laudem Muhammad, cujus versus omnes ت litera clauduntur, cuique hæc præfixa est inscriptio: متن التائية للشيخ تقي الدين السبكي "Textus al-Táiyyah, opus Shaikhi Taci al-Dín al-Subki." fol. 39.

Init. تيقض لنفس عن هداها تولت
وبادر ففي التاخير اعظم وحشة

In fine, تم الكتاب علي يد الفقير الي الله تعالي ابي سعيد علا الدين بن محب الدين النهرواني عفي الله عنه و ذلك عشرين شهر ذي الحجة سنة ۹۷۹

"Absolvitur liber manu pauperis erga Deum supremum, Abú Sa"íd "Alá al-Dín Ibn Muhibb al-Dín al-Nahrawáni, cui Deus ignoscat: et hoc quidem die vicesimo mensis Ḍú 'l-Ḥijjah, anno 979." [Add. 7567. *Rich.*]

D CXVII.

Codex chartaceus in 4to. ff. 81: centum circiter ante annos exaratus.

"AFÍF AL-DÍN SULAIMÁN IBN "ALI AL-TILIMSÁNI, عفيف الدين سليمان بن علي التلمساني. Obiit A.H. 690.[c]

Díwán, sive carmina collecta, atque ad alphabeti ordinem redacta[d]: præfigitur exordium breve sermone soluto.

Init. Præf. الحمد لله الذي اسري باسرار عباده علي عوالم الاسرار

Init. Diw. خذ لوجدي من ذمة البرحاء
و اجرني من لوعتي و عناء

[Add. 7568. *Rich.*]

D CXVIII.

Codex chartaceus in 8vo. ff. 101: exaratus sæc., ut videtur, XVII. Folia nonnulla manu recentiori inserta; alia desunt.

Ejusdem Díwáni recensio alia, præcedente paulo amplior, exordio autem carens. Incipit carmine, quod in codice præcedente secundum obtinet locum, atque sic exorditur:

منعتها الصفات والاسماء ان تري دون برقع اسماء

[Add. 7569. *Rich.*]

D CXIX.

Codex chartaceus in 4to. ff. 47: exaratus A.H. 1166. A.D. 1752.

SHARAF AL-DÍN MUHAMMAD AL-BÚṢÍRI, شرف الدين محمد البوصيري. Obiit A.H. 694.[e]

Opus digestum est ex ratione argumentorum in viginti quinque sectiones حدود, quarum singulæ iterum in capita فصول dividuntur.

In fine, قد تم الكتاب بعون عناية الملك الوهاب علي يد الراجي رحمة ربه الودود سليمان بن السيد داود بن حيدر بن احمد بن محمود الحسيني المزيدي في تاريخ سنة الف و ماية و سبعة و ستين و قد نقل عن نسخة صورة تاريخها احدي و تسعين و خمسماية ذات خط غبي و رسم غير جلي و من الوهم غير خلي

"Explicit jam liber, opitulante favore Regis munifici, manu sperantis misericordiam Domini benigni, Sulaimán filii Domini Dáwud Ibn Haidar Ibn Ahmad Ibn Mahmud al-Husaini al-Mazyadi, anno millesimo centesimo sexagesimo septimo:

(a) Vita ejus exstat apud Ibn Khallikán, ed. Wüstenfeld, vit. 847: vide etiam Bibl. Bodl. Catal. tom. i. p. 102.

(b) Vide Haj. Khal. sub اخلاق الراغب, ed. Fluegel, tom. i. p. 203.

(c) Vide Haj. Khal. محاضرات الادبا, ed. Fluegel, tom. v. p. 414.

descriptus est quidem ab exemplari notam anni quingentesimi nonagesimi primi gerente, exarato autem negligenter, literarum ductu parum luculento, neque erroris experti." [Add.7305. *Rich.*]

D CCXXVIII.

Codex chartaceus in fol. min. ff. 561: exaratus, ut videtur, in parte priore sæculi XVII.

JÁR ALLAH ABU 'L-CÁSIM MAHMÚD IBN "UMAR AL-ZAMAKHSHARI, جار الله ابو القسم محمود بن عمر الزمخشري. Obiit A.H. 538.[a]

Anthologia celeberrima, qua virorum illustrium sapienter aut acute dicta, tam poetico sermone quam soluto, ex argumentorum ratione in capita nonaginta octo digesta, continentur.[b]

Tit. ربيع الابرار و نصوص الاخبار
"Ver piorum et textus historiarum."

Init. الحمد لله الذي استحمد الي عباده بموجبات المحامد
[Add. 7521. *Rich.*]

D CCXXIX.

Codex chartaceus in 8vo. ff. 149: exaratus A.H. 1035, A.D. 1626, adscriptis subinde vocalibus. Paginæ singulæ lineis aureis includuntur.

Opus præcedens in compendium redactum, et in capita quinquaginta novem distributum, hac inscriptione præfixa: كتاب المختار من ربيع الابرار لمؤلفه العلامة الاوحد جار الله الزمخشري, "Liber Selectionis e "Vere Piorum," ab auctore ejus, viro doctrina singulari, Jár Allah al-Zamakhshari."

Incipit his verbis, ex prototypi præfatione extractis: هذا كتاب اخرجته روضة مزهرة وحديقة مثمرة

Folia in initio tria indicem exhibent argumentorum.

In fine, و وافق الفراغ من كتابته نهار الاربعا المبارك ثامن عشر شهر رجب الفرد من شهور سنة خمسة و ثلاثين و الف علي يد الفقير المعترف بالعجز و التقصير محمد بن محمد بن عبد الكريم الجزري الشهير بابن ممي

"Contigit finis ejus describendi feria quarta benedicta, die decimo octavo mensis Rajab singuli, ex mensibus anni millesimi trigesimi quinti, manu pauperis, debilitatem defectusque confitentis, Muḥammad Ibn Muḥammad Ibn "Abd al-Karím al-Jazari, vulgo Ibn Mami." [Add. 7522. *Rich.*]

D CCXXX.

Codex bombycinus in 4to. ff. 230: sæc. fere XIV exaratus, vocalibus plerumque adjectis. Folia primum, ultimum, aliaque duodecim in medio codice ad defectus supplendos addita sunt manibus recentioribus.

JÁR ALLAH ABU 'L-CÁSIM MAHMÚD IBN "UMAR AL-ZAMASHKHARI, جار الله ابو القسم محمود بن عمر الزمشخري. Obiit A.H. 538.[c]

Collectio Proverbiorum Arabicorum ad literarum ordinem redacta et commentario illustrata.[d]

Tit. المستقصى في امثال العرب
"Opus summæ diligentiæ de Proverbiis Arabum."

Init. الحمد لله علي ما اثلج به صدورنا من برد اليقين
Add. 7288. *Rich.*]

D CCXXXI.

Codex chartaceus in fol. min. ff. 358: nitide scriptus A.H. 1044, A.D. 1635.

ABU 'L-FAṢL AHMAD IBN MUHAMMAD AL-NAISÁBÚRI AL-MAIDNÁI, ابو الفضل احمد بن محمد النيسابوري الميداني. Obiit A.H. 519.

Arabum Proverbia ad literarum seriem digesta, scholiisque uberrimis illustrata.[f]

Tit. مجمع الامثال
"Syntagma Proverbiorum."

Init. ان احسن ما يوشح به صدر الكلام و اجمل ما يفصل به عقد النظام

In fine, تم الكتاب مجمع الامثال علي يدي كاتبه الفقير محمد بن يوسف السنهوري كتبته لقدوة الحكام سيدنا محمد بن الشاطر و وافق الفراغ بالكمال في تالي العشرين من شوال عام اربع و اربعين قد يلي الفا مضت من هجرة المفضل سيدنا محمد

"Explicit liber Collectionis Proverbiorum, manibus librarii pauperis Muḥammad Ibn Yúsuf al-Sanhúri. Exscripsi eum in gratiam Judicum optimi, Domini Muhammad Ibn al-Shátir; contigit autem finis die vicesimo primo mensis Shawwál, anno quadragesimo quarto post mille elapsos a fuga excelsi Domini nostri Muhammad." [Add. 7290. *Rich.*]

D CCXXXII.

Codex bombycinus in fol. ff. 199: optime et accuratissime exaratus, vocalibus ubique adpictis, et correctionibus ex aliorum codicum collatione in ora adscriptis. Descriptus fuit A.H. 699, A.D. 1300.

Pars prima ejusdem Operis مجمع الامثال, producta usque ad finem capitis decimi septimi, quo absolvuntur proverbia litera ط incipientia.

In fine, وفرغ من تسويده محمد بن محمد بن محمد الفقير الي الله الخالق الباري كمال البديعي البخاري في اواخر ذي الحجة سنة تسع وتسعين و ستماية

"Finem fecit ejus exarandi Muḥammad Ibn Muḥammad Ibn Muhammad, indigens erga Deum Creatorem, Kamál al-Badí"i al-Bukhári, in fine mensis Dú 'l-Ḥijjah anni sexcentesimi nonagesimi noni." [Add. 7289. *Rich.*]

(a) Vide supra, p. 62, Add. 7235.

(b) Idem opus a quibusdam in capita nonaginta duo dividi, Haj. Khal. tradit sub ربيع الابرار, a quo etiam integram libri inscriptionem, cujus pars prior tantum in codice repertur, desumpsimus.

(c) Vide supra, p. 62, Add. 7235.

(d) Vide Haj. Khal. sub المستقصي, Add. 7146, fol. 444, unde discimus, opus absolutum fuisse A.H. 499.

(e) Vide supra, p. 258, Add. 7530, art. iii.

(f) De opere vide Haj. Khal. sub مجمع الامثال, Add. 7446, fol. 423, b, ubi traditur, al-Zamakhsharii Collectione "al-Mustacsi" dicta posterius conditum fuisse. Hæc Proverbia Arabice et Latine G. W. Freytag edidit, Bonnæ 1838, addita scholiorum selectorum versione Latina. De quibusdam ejusdem operis fragmentis antiquius editis vide Freytagii præfationem.

D CCXXXIII.

Codex chartaceus in 4to. ff. 471: exaratus A.H. 1091, A.D. 1680.

Shihâb al-Dín Muhammad Ibn Ahmad al-Khatíb al-Absihíhi, شهاب الدين محمد بن احمد الخطيب الابشيهي[a]

Tomus prior Anthologiæ, quæ Prophetæ effata, narrationes de viris illustribus, acute dicta, versusque elegantes, e libris compluribus delecta, atque ex argumenti ratione in sectiones ابواب octoginta quatuor digesta complectitur.

Tit. المستطرف في كل فن مستظرف

"Selectio novissimi in genere quoque elegantissimo.[b]

Init. الحمد لله الملك القدير الحليم الخبير

Operis dimidium sive sectiones quadraginta duæ priores hoc codice continentur.

In fine, كان الفراغ من يوم الجمعة المباركة خامس يوم ربيع الاول سنة ١٠٩١

"Absolutum est feria sexta benedicta, die quinto Rabí" prioris, anno millesimo nonagesimo primo."

[Add. 9566.]

D CCXXXIV.

Codex chartaceus in 4to. ff. 247: exaratus sæc. forte XVII.

Tomi ejusdem exemplar aliud.

[Add. 7306. *Rich.*]

D CCXXXV.

Codex chartaceus in 4to. ff. 175: literis Africanis exaratus A.H. 1151 et 1153, A.D. 1738 et 1740.

I. Ejusdem Anthologiæ المستطرف tomus alter, sed non integer: quippe quo habentur tantummodo sectiones LI—LXXXIV.

In fine, نجز الجزء الثاني .... علي يد العبد المذنب محمد بن محمد ابن علال الصقال في يوم الاحد السادس و العشرين من رجب الفرد سنة ١١٥١

"Explicit tomus alter manu servi peccatoris Muhammad Ibn Muhammad Ibn "Allál al-Saccál, feria prima, die vicesimo sexto mensis Rajab, anno 1151."

II. "Abd al-Hacc al-Islámi, عبد الحق الاسلامي.

Tractatus, quo confutantur Judæorum placita et Muhammadis missio divina demonstratur.[c] fol. 166.

Idem librarius in fine: وفي يوم الثلاثا الخامس عشر من شهر الله المحرم سنة ١١٥٣

"Completus est feria tertia, die decimo quinto mensis Dei Muharram, anno 1153." [Add. 9567.]

([a]) Auctoris nomen in hoc codice deest; sed in duobus proxime sequentibus invenitur. Floruit sæculo Hijræ octavo exeunte: vide D'Herbelot, sub Mostathraf, et Nicoll, Bibl. Bodl. Catal. tom. ii. p. 98, not. *b*.

([b]) Confer Haj. Khal. sub المستطرف, ed. Fluegel, tom. v. p. 524, et Bibl. Bodl. Catal. loc. cit. ubi capitum inscriptiones exhibentur.

([c]) Idem supra recensetur, p. 295, Add. 9660, art. iii.

D CCXXXVI.

Codex chartaceus in 4to. ff. 79: charactere occidentali exaratus A.H. 1126, A.D. 1714.

Abu Madyan Shu"aib al-Harífashi Ibn "Abd al-"Azíz Ibn Yúsuf al-"Amráwi al-Cafşi, ابو مدين شعيب الحريفشي بن عبد العزيز بن يوسف العمراوي القفصي

Opus anthologicum, in quo de argumentis quibusdam religiosis et virorum sanctorum moribus agitur, cuique literis rubris hæc præfigitur inscriptio: كتاب الروض الفايق في المواعظ والدقايق ويشتمل علي خطب واحاديث وحكايات و رقايق

"Liber Horti Præstantis in admonitionibus et subtilitatibus, quo continentur conciones, traditiones, narrationes, et sententiæ elegantes."[d]

Init. الحمد لله العطوف الرؤوف الحنان المنان

Opus divisum est in capita فصول viginti duo.

In fine, كمل كتاب سيدي ابي مدين الحريفشي علي يد العبد الفقير عبد الرحمن بن حمد الملقب مصيان العثماني ضحي يوم السبت في اليوم الموفي عشرون من شهر ربيع الثاني من عام ستة و عشرون وماية والف

"Absolutus est liber Domini Abu Madyan al-Harífashi, manu servi pauperis "Abd al-Rahman Ibn Ahmad, dicti Maşyán al-"Uthmáni, ante meridiem sabbati, die vicesimo mensis Rabí" alterius, anno millesimo centesimo vicesimo sexto."

[Add. 9563.]

D CCXXXVII.

Codex chartaceus in 12mo. fol. 37: exaratus A.D. 1696, manu Salomonis Negri.

Sulaimán Ibn Ya"cúb al-Shámi al-Şáliháni, سليمان بن يعقوب الشامي الصالحاني. Obiit A.D. 1729.[e]

Tit. كتاب الامثال السايرة بين الناس

"Liber proverbiorum in vulgo currentium."

Hæc inscriptio ipsius auctoris manu præfixa legitur, "Proverbia Arabica maxime trivialia, et familiari sermone quotidie usurpata, quæ numquam hactenus typis excusa, in usum clarissimi viri, ac linguarum amantissimi Friderici Rostgaard exaravit, eidemque in amicitiæ pignus obtulit Jacobus Salomon Damascenus. Parisiis anno 1696, Aprili."

Init. نبتدي بعون العناية الالهية بكتابة بعض من الامثال الزقاقية السايرة بين الناس وليس هم طبعوا قط

In fol. 32 legitur: تمت الامثال السايرة بين الناس وقد كتبوا برسم خزانة السيد العالم العامل فريد عصره مالك اللغات فريدريك روستغارد ايده الله بيد افقر العباد الي الله تعالي سليمان بن يعقوب الشامي الصالحاني وذلك في مدينة بهريس المحروسة سنة ١٦٩٦

([d]) Idem opus recensetur ab Haj. Khal., ed. Fluegel, tom. iii. p. 488, ubi auctoris nomen scribitur, شعيب الحريفيش.

([e]) Innotuit apud nostrates nomine Salomon Negri. Vitam ejus ab ipso conscriptam A. Freylinghausen, titulo "Memoria Negriana," edidit, Hall. 1764. Confer de eodem "Biograph. Univ." tom. xxxi. p. 37.

"Absoluta sunt proverbia inter homines currentia, exarata in gratiam bibliothecæ Domini tam moribus quam scientia egregii, luminis ætatis, viri linguarum peritissimi, Friderici Rostgaardi, quem Deus confirmet; manu servorum indigentissimi erga Deum excelsum, Sulaimán Ibn Ya"cúb al-Shámi al-Ṣáliháni, et hoc quidem in urbe protecta Parisiis anno 1696."

[Sloan, 3035.]

DCCXXXVIII.

Codex chartaceus in 4to. ff. 129: varios tractatus continens manu Salomonis Negri initio sæc. XVIII exaratos.

I. Collectio Proverbiorum Arabicorum, الامثال السائرة, ad alphabeti ordinem digesta, a præcedente diversa atque eadem amplior. Auctor autem idem Salomon Negri, qui hæc Latine præfixit: "Quingenta Proverbia Arabica nunquam edita uti in familiari sermone inter vulgus circumferri solent. Salomon Negri partim in memoriam revocavit, partim ex colloquiis cum Orientis populis collegit, ac sibi scripsit. N. B. Friderikus Rostgaard Danus habet horum proverbiorum Latinam interpretationem, quam adjuvante eodem Salomon Negri adornavit, et aliquando in lucem editurum se promisit."

Init. الاخ ما هو لاحوه اخي شقيقي جعلني للعدا ترسه

II. Homilia Papæ Clementis XI., ab eodem S. Negri Arabice reddita, موغطة لابينا القديس الكليمنطس الحادي عشر قد قالها في احد القيامة في كنيسة مار بطرس في حدمة القداس الكبير سنة . . .[a] fol. 19.

Ad calcem manu translatoris scriptum est: "Homilia de terræ motu habita in templo S. Petri die Paschatis anno . . . a Clemente XI. Papa. Salomon Negri ex Latino in Arabicum sermonem, Monachi cujusdam gratia, transtulit ac scripsit, eodem anno."

Init. قد تزلزلت الارض لما مات المسيح وتزلزلت ايضاً لما قام المسيح

III. Tractatus Turcice, cui hæc inscriptio Latine eadem manu præfixa est: "Notitia Imperii Othomannici Dignitates ubi Veziriorum, ministrorum, majorum et minorum provinciarum præfecturæ; ordo militum; nomina triginta trium ditionum totius Imperii; quot in singulis habeantur vexilla, numerus militum uniuscujusque; Commendæ et redituum Summæ, breviter et concinne recensentur: Salomon Negri sibi descripsit a manuscripto quem possidebat M. Brou, Interpres Legati Regis Galliarum Constantinopoli, 1709." fol. 24.

Init. اصناف امارت اوچ قسمدر برقسمي وزرا وبرقسمي ميرميران و برقسمي ميرلوا در

IV. Catalogus codicum quorundorum Arabicorum qui in Bibliotheca Regia Parisiis asservantur, in classes tres distributus. fol. 80.

Tituli librorum Arabice exhibentur, adjectis passim notitiis brevibus Gallice, adscriptaque anni nota, ubi comparebat.

Ad calcem classis primæ ejusdem S. Negri manu additur: "Catalogus librorum manuscriptorum Arabicorum, qui ad religionem Mahometanam et Christianam et Historiam pertinent, quique asservantur in Regia Bibliothecæ Parisiis: Salomon Negri sibi scripsit."

Classis secundæ inscriptio tantum exstat: "Pars librorum Arabicorum Manuscriptorum in politioribus literis, qui habentur in Bibliothecæ Regis Galliarum Parisiis: Salomon Negri sibi scripsit."

In fine tertiæ et ultimæ legitur: "Nota librorum ad scientiam literarum et Cabalam Arabum pertinentium; ex Catalogo Bibliothecæ Regis Galliæ, Parisiis: Salomon Negri sibi scripsit."

[Harl. 3370.]

DCCXXXIX.

Codex chartaceus in 4to. ff. 119: exaratus A.H. 800, A.D. 1397.

I. ABU ḤÁMID MUḤAMMAD IBN MUḤAMMAD AL-GAZZÁLI, ابو حامد محمد بن محمد الغزالي. Obiit A H. 505.[b]

Tractatus elementarius de officiis religiosis.

Tit. بداية الهداية
"Initium Directionis."

Init. الحمد لله حق حمده . . . . اما بعد فاعلم ايها الحريص علي اقتباس العلم

De libri ratione ipse auctor sub finem scribit: فهذا القدر يا فتي يكفيك في بداية الهداية فجرب بها نفسك فانها ثلثة اقسام قسم في اداء الطاعات وقسم في ترك المعاصي وقسم في مخالطة الخلق وهي جامعة بجمل في معاملة العبد مع الخالق و الخلق فان رايتها مناسبة لنفسك ورايت قلبك مايلاً اليها وراغباً في العمل بها فاعلم انك عبد نور الله بالايمان قلبك وشرح له صدرك وتحقق ان لهذه البداية نهاية وراءها اسرار واغوار وعلوم ومكاشفات وقد اودعناها كتاب احياء علوم الدين فاشتغل بتحصيله

"Hæc hactenus, o juvenis, tibi sufficient in Initio Directionis: his igitur exerce te ipsum. Tribus autem liber constat partibus, prima de obedientia præstanda, secunda de contumacia evitanda, tertia de conversatione cum hominibus, quæ quidem principia officiorum hominis erga creatorem et creaturam complectuntur. Hæc igitur si videas tibi convenire, atque animum sentias ad ea inclinare, et cupidum esse ad eam normam agendi, scito, te servum esse, cujus cor fide Deus illuminavit, et pectus fidei paravit. Persuasum etiam tibi habeas, huic Initio esse finem, atque ulterius

(a) Pro لابينا القديس, "Patris nostri sanctissimi" substitum est postea للبابا, "Papæ." Hæc Homilia habita fuit anno 1703. Sexta est inter "Clementis Undecimi Pontificis Maximi Homilias in Evangelia," fol. Romæ, 1722. p. 21.

(b) Auctoris nomen, cum in codice lateret, desumpsimus ab Haj. Khal. sub بداية الهداية

arcana esse et res reconditas, scientias et revelationes, quas in librum "Vivificationis Scientiarum Religionis" deposuimus. Huic igitur percipiendo incumbe."

II. Operis alius, eodem al-Gazzáli auctore, quod inscriptum est منهاج العابدين الي الجنة, "Via Deum colentium ad Paradisum," pars secunda, quæ de pœnitentia التوبة agit, atque sic incipit: الحمد لله رب العالمين والصلوة والسلام علي رسوله واله ثم عليك يا طالب العبادة وفقك الله بالتوبة.[a] fol. 43.

III. Excerptum ex opere quodam legali, in quo de jejunio agitur, cuique hæc inscriptio præfixa est: كتاب الصوم, Liber jejunii. fol. 51.

Init. الحمد لله الذي اعظم علي عباده المنة لما دفع عنهم كيد الشيطان

IV. Muhammad Ibn Ismá"íl Ibn Mahmúd, dictus Badr al-Rashíd, محمد بن اسمعيل بن محمود المعروف ببدر الرشيد

Libellus de sermonibus, quibus subest impietas كفر. fol. 75.

Init. اما بعد فان الناس لما فسدت قلوبهم فسد سابر بدنهم

Consarcinatum est hoc opusculum sententiis extractis ex quatuordecim libris de jure, quorum inscriptiones auctor in præfatione protulit, una cum scripturæ compendiis, quibus eos significavit: مح لكتاب المحيط وك لكتاب الكامل في الفتاوي وظ للفتاوي الظهرية و جو لكتاب جواهر الفقه و ي يتيمة الفتاوي و حا للحاوي و شط لشرح الطحاوي و ص لفتاوي الصغري و ق لفتاوي قاضي خان و ف لكتاب فوز النجاة و م لمجمع الفتاوي و مل للملتقط و ب لكتاب البحر [leg. بحر] الكلام

V. Tractatus, cui neque inscriptio est, nec auctoris nomen, in quo autem disseritur de officiis et moribus in edendo observandis. fol. 94.

Init. الحمد لله الذي احسن تدبير الكاينات فخلق الارض و السموات

In quatuor dividitur capita: 1. باب الاول فيما لا بد للاكل من مراعاته وان انفرد بالاكل: De illis, quæ edenti necessario observanda sunt, etsi solus edat. الباب الثاني فيما يزيد من الاداب بسبب الاجتماع علي الاكل: De officiis accedentibus ex societate in comedendo. الباب الثالث فيما يخص تقديم الطعام الي الاخوان الزايرين: De illis, quæ speciatim pertinent ad cibum fratribus visitantibus offerendum. الباب الرابع فيما يخص الدعوة و الضيافة واسبابها. De iis, quæ invitationem, epulas, earumque occasiones spectant.

Librarius in fol. 94 scripsit: تمت بعون الله سنة ثمانماية "Explicit auxilio Dei, anno octingentesimo." [Add. 9517. *Rich.*]

(a) Huic nulla est inscriptio, nec nota auctoris; collato autem codice Add. 7516, libri supra dicti partem esse compertum habuimus.

DCCXL.

Codex chartaceus in 4to. ff. 291: sæc. fere xvi scriptus.

Jamál al-Dín Muhammad Ibn "Abd Allah al-Khawárazmi al-Sháfi"i, جمال الدين محمد بن عبد الله الخوارزمي الشافعي

Compendium operis ethici celeberrimi, dicti احيا علوم الدين, "Vivificatio Scientiarum Religionis," cujus auctor est Hujjat al-Islám Abu Hámid Muhammad Ibn Muhammad al-Gazzáli, حجة الاسلام ابو حامد محمد بن محمد الغزالي.[b]

Init. الحمد لله كما هو حمد نفسه و اصلي علي رسوله

Librarius hanc præfixit inscriptionem: كتاب ذخر المنتهي في العلم الجلي و الخفي, "Commeatus viri perfecti de scientia aperta et occulta," quæ ex his verbis in præfatione deprompta esse videtur: بحيث يكون كفاية المبتدي و ذخرا للمنتهي, "ut sit [liber noster] victus sufficiens tironi et copia viro perfecto." Servatur prototypi divisio in quatuor partes. 1. ربع العبادات. De cultu Dei. 2. ربع العادات. De consuetudinibus. 3. ربع المهلكات. De rebus perniciosis. 4. ربع المنجيات. De rebus saluti conducentibus. Partes singulæ libros complectuntur decem. [Add. 7275. *Rich.*]

DCCXLI.

Codex chartaceus in 4to. ff. 94: manu Africana exaratus, sæc., ut videtur, xviii.

Opus paræneticum, in quo exhortationes ad pietatem, et sententiæ de vita futura, verbis Muhammad aliorumque virorum sanctitate clarorum, proferuntur.

Hæc inscriptio codici præfigitur: كتاب الزهد الفاتح في وصف من تنزه عن الذنوب والقبايح في ذكر عباد الله الصالحين
"Liber devotionis victricis in descriptionem illorum, qui a peccatis et turpitudinibus semetipsos semoverunt, et commemorationem proborum Dei servorum."

Eadem inscriptione opus tribuitur Doctori egregio Abu Hámid al-Gazzáli, الشيخ النبيه ابو حامد الغزالي

Init. بسم الله ابتدي و بكتابه اقتدي و بنبيه اهتدي

Additur in fine invocatio dicta حزب البحر, "Oratio Maris," auctore Abu 'l-Hasan 'Ali Ibn "Abd Allah al-Shádili, ابو الحسن علي بن عبد الله الشاذلي, qui A.H. 656 obiit.[c]

Init. يا علي يا عظيم يا حليم يا عليم انت ربي
[Add. 9515.]

DCCXLII.

Codex chartaceus in 8vo. ff. 37: exaratus, ut videtur, sæc. xviii.

(b) Obiit A.H. 505: vide Haj. Khal. sub احيا العلوم, ed. Fluegel, tom. i. p. 180, ubi sex recensentur alia ejusdem operis compendia, hujus autem nulla fit mentio.

(c) Vide Haj. Khal. sub حزب البحر.

Tractatus anonymus de recta discendi ratione.[a]

Tit. تعليم المتعلم طريق التعلم
"Instructio discentis viam disciplinæ."

Init. الحمد لله الذي فضل بني ادم بالعلم و العمل علي جميع العالم

[Add. 9610.]

D CCXLIII.

Codex chartaceus in 4to. ff. 80: exaratus sæc. fortasse xv, vocalibus crebro adpictis.

Abu 'l-Faraj Ibn al-Jauzi, ابو الفرج ابن الجوزي. Obiit A.H. 597.[b]

Collectio sermonum paræneticorum, quibus etiam narrationes quædam morales et carmina interdum admiscentur.

Init. الحمد لله رب الارباب و مسبب الاسباب

Titulus in præfatione nullus: in calce autem hæc librarii manu subscripta sunt: اخر المجموع من المواعظ الشافية و هو اخر المنتخب من كتاب المنثور في مجالس الصدور لابن الجوزي المنعوت بكتاب التبصرة
"Finis collectionis admonitionum salutarium, qua jam absolvitur selectio ex libro "Sparsi in Consessibus Principum," auctore Ibn al-Jauzi, qui nuncupatur etiam 'Liber Commonefactionis.'"

In codicis fronte eadem fere iterantur; posteriore autem manu additur: كتاب ارشاد الواعظ الى اشرف المواعظ لابن الجوزي, "Liber directionis monitoris ad præstantissimas monitiones, auctore Ibn al-Jauzi." Opus dividitur in sectiones فصول viginti novem. [Add. 6016.]

D CCXLIV.

Codex bombycinus in 4to. ff. 126: exaratus sæc., ut videtur, xiv, punctis diacriticis passim omissis.

Ejusdem Abu 'l-Faraj Ibn al-Jauzi, ابو الفرج بن الجوزي opus aliud paræneticum oratione soluta et carminibus conflatum, cui auctor paucis sic præfatur: هذا كتاب امليته في المواعظ يترافق فيه الكلام وما يستشهد به عليه و يشير هذا الي ما يشير هذا اليه ومن الله يرجي الهدي الي الصواب فما امله مؤمل قط فخاب
"Hic est liber, quem dictavi in admonitionem, in quo sermones et versus ad eos comprobandos prolati sese invicem excipiunt, atque ambo unum et idem significant. Directio ad verum speratur a Deo, in quo nullus unquam frustra speravit."

Init. الحمد لله علي التوفيق و الشكر له علي التحقيق

Nullus exhibetur in proœmio operis titulus: in codicis fronte autem inscriptus est eadem manu, ut videtur, ac reliqua:

Tit. كتاب الموافق للمرافق
"Liber Gratificantis Sodali."

Opus dividitur in sectiones, فصول, quadraginta tres. [Add. 7303. *Rich.*]

D CCXLV.

Codex chartaceus in 4to. ff. 289: duabus diversis manibus exaratus, sæc., ut videtur xvii.

Abu 'Ali al-Husain Ibn Yahya al-Bukhári al-Zandosti al-Mubtagi, ابو علي الحسين بن يحيي البخاري الزندوستي المبتغي

Opus de officiis religiosis.[c]

Tit. روضة العلما
"Hortus Doctorum."

Init. اشكر الله كثيرا و اسبحه بكرة و اصيلا

Hæc in folio primo sermone Persico inscripta, operis rationem illustrant: كتاب روضة العلماء از فقه يعني اخباري كه علماء مذهب سني دران اختلاف نمود و سخنهاي ايشان
"Liber Horti Doctorum de jure, *i.e.* de traditionibus, de quibus Doctores Sectæ Sunniticæ inter se dissentiunt, eorumque sententiis."

Constat autem opus integrum capitibus centum et duobus, quorum triginta unum in hoc codice desiderantur, scil. ii—xxxii, una cum parte primi, et trigesimi tertii. Præfigitur elenchus capitum, folia implens quatuor.

In fine legitur, sed manu recentiore: تم الكتاب بعون الله تعالي وحسن توفيقه في اليو [leg. اليوم] السادس من رمضان المبارك سنة ثلث وثلثين و الف من الهجرة النبوية
"Explicit liber cum Dei auxilio et favore optimo, die sexto mensis Ramasán benedicti, anno millesimo trigesimo tertio a Fuga Prophetæ."

[Add. 7258. *Rich.*]

D CCXLVI.

Codex chartaceus in 4to. ff. 170: charactere Occidentali exaratus A.H. 1060, A.H. 1650.

Al-Cazwíni al-Sháfi'i, القزويني الشافعي.[d]

Opus encyclopædicum de variis disciplinis, religiosis præsertim et politicis.

Tit. مفيد العلوم و مبيد الهموم
"Adjutor scientiarum et dissipator curarum."

(a) Imamum Burhán al-Dín al-Zarnúji, الامام برهان الدين الزرنوجي, ejus auctorem fuisse, Haj. Khal. sub تعليم المتعلم scripsit, testem de hoc adducens Taci al-Dín in opere Tabacát al-Hanafiyyah, qui illum tradit discipulum fuisse scriptoris al-Hidáyah, scil. Burhán al-Dín 'Ali Ibn Abu Bakr al-Margínáni, برهان الدين علي بن ابي بكر المرغيناني, A.H. 593 vita defuncti. Cognomen al-Zarnúji accepit a Zarnúj زرنوج, Transoxianæ urbe, quæ etiam Zarnúc, زرنوق vocatur: vide "Mu'ajjam al-Buldán, Add. 16,619, sub verbo. Hujus operis versionem Latinam publici juris fecit Abr. Ecchellensis sub titulo "Semita Sapientiæ, sive ad scientias comparandas Methodus, ex Arab. Lat. facta." 8vo. Par. 1646. Deinde textum cum duplici versione Latina, altera a Frid. Rostgaard, altera ab eodem Ecchellensi adornata, edidit Hadr. Relandus, inscripsitque, "Enchiridion studiosi, Arabice conscriptum a Borhaneddino Alzernouchi." Aliam etiam concinnavit editionem Car. Caspari Dessaviensis, qui præcipuas lectt. varr. et scholia Ibn Ismá'il selecta adjecit, nec non textum et scholia vocalibus instruxit, et lexico explanavit, 4to. Lips. 1838.

(b) Vide supra, p. 95, Add. 9559.

(c) Vide Haj. Khal. sub روضة العلما, ed. Fluegel, tom. iii. p. 505.

(d) Auctoris nomen ignorabat Haj. Khal., qui opus cuidam Occidentalium recentiorum attribuit لبعض المغاربة المتاخرين: vide sub مفيد العلوم

Init. الحمد لله الذي ما للعباد سواه خالق و صانع

Opus dividitur in libros triginta duos. Scopus ejus his verbis in præfationis fine proditur: يعرف به قواعد الشرع و قانون الممالك و نصرة المذهب و رد لحميم و تذكرة الاخرة و قاعدة العدل و عاقبة الامور و تدبير العدو الي غير ذالك

"Discentur ejus ope legis divinæ fundamenta, imperiorum norma, defensio doctrinæ, confutatio hæreseos [?], recordatio vitæ futuræ, justitiæ principia, rerum exitus, hostis tractatio et alia."

Auctoris nomini hi præmittuntur tituli: الشيخ الفقيه الامام الناصح الولي الصالح

In fine, انتهي . . . في يوم الاحد الثامن عشر من شهر ذي الحجة الحرام متم عام ستين و الف و ذالك بمدينة الجزاير المحمية من الغرب الاوسط علي يد كاتبه افقر الوري رجب بن احمد بن عبد الله المدعو قورسوا لان اصل اباه من عمل قرسقه

"Explicit feria prima, die octavo decimo mensis sacri Ḋu 'l-Ḥijjah, complentis annum millesimum sexagesimum; et hoc quidem in civitate protecta al-Jazáir [Alger] Occidentis Medii, manu librarii, hominum indigentissimi, Rajab Ibn Ahmad Ibn "Abd Allah, qui Corso vocitatur, quia majores ejus ex Corsica provincia oriundi sunt." [Add. 9611.]

D CCXLVIII.

Codex chartaceus in 4to. ff. 174: exaratus A.H. 1225, A.D. 1810.

Aliud ejusdem operis exemplar.

In fine, كان الفراغ من كتابته في شهر الله المعظم ربيع الاول بعد ان خلت منه ستة عشر يومًا سنة ١٢٢٥ علي يد محمد بن عبد القادر اليحساوي

"Factus est finis ejus describendi, mense venerando Rabí" priore, elapsis ex eo sedecim diebus, anno 1225, manu Muḥammad Ibn "Abd al-Cádir al-Yaḥsáwi." [Add. 9612.]

D CCXLIX.

Codex chartaceus in fol. ff. 104: charactere occidentali exaratus A.H. 1224, A.D. 1809.

Al-Facíh Jamál al-Dín Muḥammad Ibn Abu Zaid "Abd al-Raḥman al-Ḥabashi, الفقيه جمال الدين محمد بن ابي زيد عبد الرحمن الحبشي. Obiit A.H. 782.[a]

Opus in laudem laboris et industriæ conscriptum.

Tit. كتاب البركة
"Liber beneficii divini."

Init. الحمد لله الملك الجواد الهادي الي سبيل الرشاد

Dividitur in capita ابواب quinque, quorum hæc sunt argumenta: الباب الاول في فضل الحرف و الزرع و الثمار و غرس الشجر و حفر الانهار "Caput primum de excellentia artium, sementis, fructuum colendorum, arborum serendarum, canalium fodiendarum." الباب الثاني في فضل المغزل و في خدمة المراة زوجها "Caput secundum de excellentia nendi et ministrationis mulieris marito." الباب الثالث في ما يجتلب به البركة مما ينفي الفقر و يعظم الاجر "Caput tertium de modis acquirendæ felicitatis, quibus arcetur inopia, et remuneratio augetur." الباب الرابع فيما ورد من الاثار في الطب و المنافع "Caput quartum, de dictis, quæ ad nos pervenerunt, de arte medendi et medicamentis." الباب الخامس في اربعين حديثا منها يتضمن لفظ البركة "Caput quintum de quadraginta effatis Prophetæ, quibus singulis inest vox بركة, beneficium divinum." الباب السادس في اذكار و دعوات جيدة مباركة "Caput sextum de orationibus et precibus eximiis felicitatem impertientibus."

In fine, تم الكتاب المبارك في التاسع عشر من رجب الفرد عام اربعة و عشرون و مايتين و الف عبيد الله تعلي عبد الكريم بن محمد الملقب بالامام العسوي

"Explicit liber benedictus die undevicesimo mensis Rajab, anno millesimo ducentesimo vicesimo quarto. Servus Dei excelsi Abd al-Karím Ibn Muḥammad, dictus al-Imám al-"Asawi." [Add. 9629.]

D CCL.

Codex chartaceus in 4to. ff. 122: duobus constans libellis, quorum prior nostra fere ætate, alter autem sæc. xvii exaratus fuisse videtur.

I. Tractatus politico-moralis de Institutione Principis ad exemplar Ḥusain Ibn "Ali, Báy Tunesii, حسين بن علي باي تونس

Tit. قرة العين بنشر فضايل الملك حسين المجد و نجله الامير بن الامير الباي سيدي محمد

"Exhilaratio oculi in divulgatione virtutum Principis Ḥusain elatissimi, ejusque filii, principis a principe nati, Báy Sidi Muḥammad."

Init. الحمد لله حامي حمي نبيه صلي الله عليه و سلم و ممهد شريعته

II. Anthologia poetica, in qua septem generum poeseos specimina selecta exhibentur.[b] fol. 61.

Tit. الدر المكنون في السبع فنون
"Margaritæ reconditæ de septem speciebus."

Init. الحمد لله البديع الذي لا منتها له في صفات جماله

Hæc sunt septem generum nomina: 1. فن الموشحات. 2. فن الدوبيت. 3. الاشعار البديعية. 4. فن المواليا. 5. فن الكان وكان. 6. فن القوما. 7. فن الازجال.

Codici præfigitur carmen breve, unum folium implens, de immunitate Muḥammad a malo, قصيدة في تنزيه المصطفي, auctore Burhán al-Islám Abu 'l-Bacá al-Cáṣi "Iyáṣ, برهان الاسلام ابو البقا القاضي عياض

Init. تواترت الادلة والنقول
فما يحصي المصنف ما يقول

[Add. 9570.]

(a) Vide Haj. Khal. sub البركة, ed. Fluegel, tom. ii. p. 45, ubi nomini ejus gentilitium اليمني, "Yamanensis" additur.

(b) Collectionis auctorem Haj. Khal. tradit esse Muḥammad Ibn Aḥmad Ibn Ilyás al-Ḥanafi محمد بن احمد بن الياس الحنفي, qui opus mense Rajab, A.H. 912 absolvit: vide sub در المكنون.

D CCLI.

Codex partim bombycinus, partim chartaceus, in 4to. ff. 68: duos continens libellos, quorum prior sæc. XIV. exaratus fuisse videtur, alter autem manu alia et sæc. fere XVI.

I. "Izz al-Dín "Abd al-Salám Ibn Ahmad Ibn Gánim al-Micdasi, عز الدين عبد السلام بن احمد بن غانم المقدسي. Obiit A.H. 678.[a]

Opus morale allegoricum.[b]

Tit. كشف الاسرار في حكم الطيور و الازهار
"Retectio arcanorum de sententiis avium et florum."

Init. الحمد لله البعيد في قربه القريب في بعده

II. Tractatus anonymus, quo compositionum chemicarum formulæ variæ continentur. fol. 50.

Init. الاحجار الكبريت الاصفر والابيض و الاسود و الكبريت الرومي

In pagina prima loco tituli scriptum est, في الجلد تدبير الاصباغ وتجريد النفط والادهان, "De tractatione gummarum et extractione naphthæ et oleorum."
[Harl. 5452.]

D CCLII.

Codex chartaceus in 4to. ff. 169: exaratus A.H. 1113, A.D. 1701.

Ahmad Ibn Muhammad Ibn "Arabsháh, احمد بن محمد بن عربشاه. Obiit A.H. 854.[c]

Opus oratione soluta ornatissima conscriptum, quo ad instar libri Kalilæ et Dimnæ apologi morales narrationesque lepidissimæ continentur.

Tit. فاكهة الخلفا ومفاكهة الظرفا
"Fructus Khalifarum et jocatio ingeniosorum."[d]

Init. الحمد لله الذي شهدت الكاينات بوجوده

In fine, وكان الفراغ من نسخ هذا الكتاب وذلك نهار الخميس نصف شهر صفر سنة الف ومائة وثلاثة عشر وذلك علي يد الفقير الكئيب عبد الله ابن الخطيب
"Factus est finis exscribendi hujus libri, et hoc quidem feria quinta, medio mense Ṣafar, anno millesimo centesimo decimo tertio, manu pauperis afflicti "Abd Allah Ibn al-Khaṭíb."
[Add. 7417. *Rich.*]

D CCLIII.

Codex chartaceus in 4to. ff. 68: exaratus A.H. 1008, A.D. 1600.

"Abd Allah Ibn Muhammad al-Anṣári al-Harawi, عبد الله بن محمد الانصاري الهروي. Obiit A.H. 481.[e]

Tractatus Suficus de variis gradibus cognitionis Dei.

Tit. منازل السايرين الي الحق المبين
"Stationes progredentium ad veritatem manifestam."

Init. الحمد لله الواحد الاحد القيوم الصمد

Per septem prima folia annotationes variæ adjiciuntur in marginibus, inter quas etiam excerptum copiosum ex alio opere Sufico inscripto نحو القلوب, seu "Syntaxis Cordium," cujus auctor est Abu 'l-Cásim "Abd al-Karím Ibn Hawázin al-Cushairi, ابو القاسم عبد الكريم بن هوازن القشيري.[f]

Præfigitur codici manu Salomonis Negri hæc descriptio: "Liber Diversoriorum ad veritatem evidentem (scil. Deum) itinerantium. Compositus a Doctore Abd Allah Elharaui Elensari. Codex Arabicus auro contra æstimandus, in centum ordines, qui in decem partes dividuntur, digestus, continet sublimem ac mysticam Theologiam et perfectam morum doctrinam. Nonnullis doctorum sententiis et acute dictis ornatus, quæ ad marginem notantur, cum excerptis ex libro Nahu-ul Kulub, *i.e.* Grammatica Cordium. In quibus termini grammatici ad morum institutionem referuntur. Auctore Abil Kasim El Koshairi. Scriptus manu Ismail Abd-Allah A.H. 1008."

In fine, كتبه العبد الفقير الي مولاه الكريم الجليل اسماعيل عبد الله بتاريخ شهر رمضان المعظم سنة ثمان و الف
"Scripsit servus indigens erga Dominum beneficum augustum, mense sacro Ramaṣán, anno millesimo octavo."
[Harl. 5482.]

D CCLIV.

Codex chartaceus in 4to. ff. 100: sæc. fere XVI exaratus.

Muhyi al-Dín Abu "Abd Allah Muhammad Ibn "Ali Ibn Muhammad al-"Arabi al-Ṭái al-Andalusi, محيي الدين ابو عبد الله محمد بن علي بن محمد العربي الطائي الاندلسي. Obiit A.H. 638.[g]

I. Poemata mystica, quibus sub amoris humani specie desiderium Dei, ejusque essentiæ contemplatio depinguntur, quibusque adjunctus est commentarius uberrimus ab ipso auctore conscriptus.[h]

Tit. Poemm. ترجمان الاشواق
"Interpres desideriorum."

Init. اما بعد فاني استخرت الله تعالي و قيدت في هذه الاوراق من الابيات الغزلية

(a) Auctoris nomen, cum in codice lateret, desumpsimus a Bibl. Bodl. Catal. tom. i. p. 112, et tom. ii. p. 513, sicut etiam obitus annum, qui loco posteriore ex al-Ṣafadi testimonio profertur.

(b) Editum est a Garcin de Tassy cum versione Gallica et notis: "Les oiseaux et les fleurs," allégories morales d'Azz-eddin Elmocaddesi, Par. 1821: vide etiam Haj. Khal. sub كشف الاسرار, ed. Fluegel, tom. v. p. 200.

(c) Vide supra, p. 169, Add. 7322.

(d) Hoc opus e variis Codd. MSS. inter se collatis edidit Clar. Georg. Guil. Freytag, 4to. Bonnæ, 1832: de ejus scopo et argumentis vide illius præfationem. Confer etiam Uri, Bibl. Bodl. Catal. tom. i. p. 98, et Haj. Khal. sub فاكهة الخلفا, ed. Fluegel, tom. iv. p. 345.

(e) De eo et opere vide Haj. Khal. ad منازل السايرين, Add. 7446, fol. 433, b; Nicoll, Bibl. Bodl. Catal. tom. ii. pp. 81 et 579; et Assemani, Bibl. Palat. Med. p. 138.

(f) Vide Haj. Khal. sub نحو القلوب, Add. 7446. fol. 511.

(g) De eo vide supra, p. 264, not. e.

(h) De opere et commentario vide Haj. Khal. sub ترجمان الاشواق, ed. Fluegel, tom. ii. p. 276; Bibl. Bodl. Cat. tom. i. p. 264, Cod. MCCLXXVI, et tom. ii. p. 617.

Tit. Comm. ذخاير الاعلاق في شرح ترجمان الاشواق[a]
"Thesauri gemmarum in expositionem Interpretis Desideriorum."

II. Al-Imám al-Gazzáli, الامام الغزالي.

Versus, quos paulo ante mortem scripsisse traditur. fol. 86.

Init. قل لاخوان رأوني ميتا فبكوني و رثوني حزنا

III. Excerpta quædam de Suficorum placitis, tam metrica oratione quam soluta. fol. 87.

IV. Muhyi al-Dín Ibn al-"Arabi, محيي الدين بن العربي

Tractatulus de significatione literarum quibusdam Corani capitibus præfixarum. fol. 90, b.

Tit. كتاب اسرار الحروف
"Liber arcanorum literarum."

Init. اعلم يا بني وفقك الله ان التنبيه علي اسرار الحروف

Ibi auctor ea in compendium contraxit, quæ ante in aliis duobus operibus de eadem re fusius scripserat, scil. in "Initiis et Finibus," المبادي و الغايات, et in "Patefactionibus Meccanis," الفتوحات المكية.

V. Colloquium mysticum inter al-Gauth[b] Maximum, الغوث الاعظم, et Deum, auctore Shaikho Maximo et Sulphure Rubro, الشيخ الاكبر و الكبريت الاحمر.[c] fol. 96.

Tit. الغوثية
"Gauthiana."

Init. اما بعد قال الغوث الاعظم المستوحش من غير الله
[Add. 7561. *Rich.*]

D CCLV.

Codex chartaceus in 4to. ff. 170: charactere Occidentali exaratus A.H. 1066, A.D. 1655.

I. "Abd al-Wahháb Ibn Ahmad al-Sha"ráwi, عبد الوهاب بن احمد الشعراوي. Obiit A.H. 973.[d]

Opus theosophicum, in quo collegit auctor apophthegmata præceptoris sui in disciplinis mysticis, "Ali al-Khawwáṣ,[e] علي الخواص, qui ipse discipulus erat Shaikhi Ibráhím al-Matbúli,[f] ابراهيم المتبولي.

Tit. الجواهر و الدرر
"Gemmæ et Margaritæ."

Init. الحمد لله رب العلمين و اصلي واسلم علي سيدنا محمد

Adjiciuntur in fine approbationis formulæ, اجازات, ab his quatuor doctoribus in librum conscriptæ: 1°. Shaikh al-Islám Shiháb al-Dín Ahmad Ibn "Abd al-"Azíz al-Futúhi, vulgo Ibn al-Najjár, شيخ الاسلام شهاب الدين احمد بن عبد العزيز الفتوحي الشهير بابن النجار. 2°. Shiháb al-Dín Ahmad Ibn Yúnus, dictus Ibn al-Shibli, شهاب الدين احمد بن يونس الشهير بابن الشبلي. 3°. Náṣir al-Dín Náṣir Ibn Hasan al-Lucáni, ناصر الدين ناصر بن حسن اللقاني. 4°. Muhyi al-Dín "Abd al-Cádir Ibn Muhammad al-Shádili, محيي الدين عبد القادر ابن محمد الشاذلي

II. Variæ Dei extollendi formulæ, quibus hæc præfiguntur: وبعد فهذه ورد ذكر الشيخ محيي الدين العربي انه ورد الاقطاب والمكملين من اصحاب الدوابر الكبري ذكرته للاخوان وجاء العمل به وذكرت في اخر كل ذكر بعض ماينتجه من الاحوال الباطنة و الله ينفع به من شاء انه سميع مجيب ويشتمل هذا الورد علي خمسة وعشرين صيغة من الذكر

"Hæc est oratio, quam Shaikh Muhyi al-Dín al-"Arabi tradidit orationem esse primatum et perfectorum ex orbium majorum sociis. Cum fratibus eam communicavi, eamque exercuimus. In fine singularum laudandi formularum, conditiones quasdam interiores, quæ inde oriuntur, commemoravi. Deus faciat, ut prosit cuicunque voluerit; est enim precum auscultator atque exauditor. Complectitur hæc oratio viginti quinque laudationis formulas." fol. 77.

III. Quædam ad hanc Corani sententiam illustrandam: واعدنا موسي ثلاثين ليلة (Sur. VII. 138.), extracta ex opere al-Shatíbi de expositione Corani, من كتاب الشطيبي في التفسير. fol. 78.

IV. Táj al-Dín Abu 'l-Faḍl Ahmad Ibn "Abd al-Karím Ibn "Atá Allah al-Iskandaráni, تاج الدين ابو الفضل احمد بن عبد الكريم بن عطاء الله الاسكندراني. Obiit A.H. 709.[g]

Tractatus de submissione decretis Dei. fol. 80.

Tit. التنوير في ترك التدبير[h]
"Illustratio de prudentia humana relinquenda."

(a) Ita enim titulus in calce codicis legitur; aliam autem ejusdem operis inscriptionem Haj. Khal. loco citato affert, scil. فتح الذخاير و الاغلاق, "Apertio thesaurorum et serarum." Aliter etiam Nicoll in cod. Bodl. legit: ذخاير الاغلاق "Thesauri serarum."

(b) De hujus vocis apud Suficos acceptione, vide Lane, Arabian Nights, tom. i. p. 232.

(c) Vix dubium est, quin hic intelligendus sit idem Sufismi Doctor Muhyi al-Dín al-"Arabi. Hoc enim titulo sæpe designatur, et opusculum similiter inscriptum Haj. Khal. ei tribuit: vide sub الرسالة الغوثية, ed. Fluegel, tom. iii. p. 423.

(d) Ex ejus vita in codicis calce enarrata cernitur, eum circa A.H. 899 ortum esse in Baldah بلدة, vico, qui in Mauritaniæ tractu al-Ríf الريف dicto situs est; annos autem natum duodecim Aegyptum se contulisse, ubi maximam vitæ partem degit, atque etiam A.H. 973 diem obiit supremum. Idem sanctitate morum non minus quam doctissimis, quæ conscripsit, operibus locum tenet inter Sufismi doctores præclarissimum. Nomen ejus gentilitium scribitur alias al-Sha"ráni الشعراني. De anno, quo obierit, Haj. Khal. secum non consensit: nam sub الجواهر و الدرر, ed. Fluegel, tom. ii. p. 650, et sub لواقح الانوار, ibid. tom. v. p. 339, scripsit A.H. 973; alias autem sub عهود, tom. iv. p. 976, A.H. 976; sub كشف الغمة, tom. v. p. 210, A.H. 963; sub بحر المورود, tom. ii. p. 22, A.H. 960.

(e) De eo notitiam uberem idem "Abd al-Wahháb in opus ejus de Suficis illustribus, لواقح الانوار, inseruit: vide Add. 7318, fol. 237—268, ubi vocatur etiam "Ali al-Barlasi علي البرلسي.

(f) Notitiam de eo vide in opere eodem, Add. 7348, fol. 133—139.

(g) Vide notitiam de eo in hoc ipso codice, fol. 164, in qua traditur præceptorem habuisse Abu 'l-"Abbás al-Mursi ابو العباس المرسي, qui ipse discipulus fuerit Sufici clarissimi Abu 'l-Hasan al-Shádili ابو الحسن الشاذلي, porro Alexandriam incoluisse; obiisse autem in al-Cáhirah anno supra scripto.

(h) In notitia de auctore, fol. 164, et apud Haj. Khal. ed. Fluegel, tom. ii. p. 156, inscriptio paulo aliter legitur, scil. تنوير في اسقاط التدبير. Confer etiam Bibl. Bodl. Catal. tom. i. p. 59.

Init. الحمد لله المنفرد بالخلق و التدبير

V. Ejusdem opus aliud de Sufìcorum placitis, cui a nomine auctoris patronymico Ibn "Atá Allah titulus الحكم العطائية, "Sententiæ "Atáianæ," inditus est.[a] fol. 121.

Init. من علامة الاعتماد علي العمل نقصان الرجا عند وجود الزلل

VI. Ejusdem Ibn "Atá Allah tractatus de variis Dei extollendi formulis, earumque virtutibus. fol. 129.

Innotuit titulo مفتاح الفلاح, "Clavis Salutis,"[b] qui ex his verbis sub initio depromptus est: و بعد فان ذكر الله مفتاح الفلاح, "Laudatio Dei clavis est salutis."

Init. الحمد لله فاتح اقفال القلوب بذكره

VII. Ahmad Ibn Ahmad Ibn Muhammad al-Burnusi, dictus Zarrúc, احمد بن احمد بن محمد البرنسي عرف بزروق

Pars prima Commentarii in opus modo laudatum الحكم العطائية "Sententias "Atáianas." fol. 160.

Tit. كتاب مفتاح الفضايل و النعم في الكلام علي بعض ما يتعلق بالحكم

"Liber clavis excellentiarum et gratiarum, quo disseritur de rebus quibusdam a *Sententiis* pendentibus."

Init. الحمد لله حمد معترف بالعجز عن احصاء حمده

Commentator in præfatione scribit, alias jam antea glossas تعاليق se in idem opus conscripsisse, in quibus, sicut in hac ultima, maxime secutus est Commentarium antiquiorem, auctore Abu "Abd Allah Muhammad Ibn Ibráhím al-Nafzi al-Rundi, dicto Ibn "Abbád, ابو عبد الله محمد بن ابرهيم النفزي الرندي عرف بابن عباد, qui A.H. 792 in Fás Mauritaniæ diem obiit supremum. Porro de *Sententiarum* scriptore brevem profert notitiam, atque hoc tradit ultimum esse sex operum, quæ condiderit. Priorum nomina hæc sunt: 1°. التنوير في اسقاط التدبير, de quo supra, art. iv. 2°. لطايف المنن في مناقب الشيخ ابي العباس و شيخه ابي الحسن, "Munera lepidissima de meritis Shaikhi Abu 'l-"Abbás (al-Mursi) et Shaikhi ejus Abu 'l-Hasan (al-Shádili)." 3°. تاج العروس, "Corona sponsæ," quod opus priora duo cum additamentis complectitur. 4°. مفتاح الفلاح, de quo supra, art. vi. 5°. القول المجرد في معني الاسم المفرد, "Sermo apertus de vi nominis singularis."

Commentarii pars longe maxima interiit: desinit enim abrupte in media expositione horum verborum ليلا يكون ذلك قدحا في بصيرتك, quæ in *Sententiis* paulo infra initium leguntur.

VIII. Notitia de "Abd al-Wahháb al-Sha"ráwi, عبد الوهاب الشعراوي, de quo supra, art. i., excerpta quidem ex opere الطبقات "Classes" inscripto, cujus auctor est Shaikh al-Manuwi, شيخ المنوي. fol. 169.

Init. عبد الوهاب بن احمد الشعراوي شيخنا الامام العامل و الهمام الكامل

Hæc ejus præcipua enumerantur opera: مختصر الفتوحات و مختصر سنن البيهقي الكبري ومختصر تذكرة القرطبي و الميزان و البحر المورود في المواثيق و العهود وكشف الغمة عن جميع الامة و المنهج المبين في ادلة المجتهدين و البدر المنير في غريب احاديث البشير النذير و مشارق الانوار القدسية و العهود المحمدية و لواقح الانوار و اليواقيت و الجواهر في عقايد الاكابر و الجوهر المصون في علوم كتاب الله المكنون و طبقات ثلاث مفحم الاكباد في مواد الاجتهاد و لوايح الخذلان علي من لم يعمل بالقران و حد الحسام علي وجه من لم يعمل بالالهام و البرق الخاطف لبصر من عمل بالهواتف و رسالة الانوار في اداب العبودية وكشف الحجاب و الران عن اسئلة الجان و فرايد القلايد في علم العقايد و الجواهر و الدرر و الكبريت الاحمر في علوم الكشف الاكبر و الاقتباس في القياس و غير ذلك

"Compendium Revelationum (scil. الفتوحات المكية, auctore Muhyi al-Dín Ibn al-"Arabi[c]); Compendium Traditionum Majorum, auctore al-Baihaci[d]; Compendium Libri Memorialis, auctore al-Curtubi[e]; Libra[f]; Mare ad hauriendum, de pactis et fœderibus; Retectio obscuritatis a populo universo; Via aperta de argumentis ratiocinatorum; Luna refulgens de vocibus obsoletis traditionum Nuncii Monitoris; Ortus lucis divinæ de pactis Muhammadanis; Auræ lumina fœcundantes[g]; Hyacinthi et gemmæ de fide Majorum; Gemma recondita de scientiis, quæ Librum Dei occlusum spectant; Classes (*i. e.* vitarum collectiones) tres; Incitator cordium de rebus, in quibus sententia propria decernendum est; Fulgura frustrationis in eos, qui Coranum in agendo non respiciunt; Acies gladii in vultum eorum, qui inspirationem non sequuntur; Fulgur visum eorum eripiens, qui voces vagas in agendo respiciunt; Tractatus luminum, de moribus in cultu Dei observandis; Retectio veli et indumenti a quæstionibus dæmonum; Margaritæ pretiosæ monilium de dogmatum disciplina; Gemmæ et uniones; Lapis philosophorum de scientiis revelationis summæ; Accensio luminis de argumentis ab analogia deductis; et alia."

In calce tractatus primi hæc legitur subscriptio librarii كمل بحمد الله و حسن عونه علي يد عبيد الله سبحانه اصغر عبيده اعني بذلك محمد بن محمد بن احمد بن عبد الرحمن العبادي التميمي نسبا التلمساني دارا و كان الفراغ منه ضحوة يوم الجمعة الثامن و العشرين من شهر الله المعظم ربيع الثاني سنة ست و ستين بعد الالف

"Absolutus est cum laude Dei auxilioque ejus

(a) Vide Haj. Khal. sub الحكم العطائية, ed. Fluegel, tom. iii. p. 82.

(b) Vide Haj. Khal. sub مفتاح الفلاح, Add. 7446, fol. 468, in margine.

(c) Vide Haj. Khal. sub فتوحات, ed. Fluegel, tom. iv. p. 381 seqq.

(d) Ibid. tom. iii. p. 627.

(e) Ibid. tom. ii. p. 266.

(f) Innotuit appellatione ميزان الشعرانية: vide Haj. Khal. Add. 7446, fol. 507.

(g) Vide supra, p. 179, Add. 7347.

optimo, manu servuli Dei excelsi, servorum ejus minimi, puto Muhammad Ibn Muhammad Ibn Ahmad Ibn "Abd al-Rahman al-"Abbádi, al-Tamími stirpe, al-Tilimsáni domicilio. Contigit autem finem ei imponere ante meridiem feriæ sextæ, die vicesimo octavo mensis reverendi Rabí" alterius anno sexagesimo sexto post millesimum."

Aliam autem codicis partem anno subsequente exaratam fuisse, hac nota articulo quarto subjecta proditur: كان الفراغ من نسخه عند عصر الاحد الموفي ثلاثون من صفر المعظم سنة سبع و ستين بعد الالف "Completa est scriptio ejus horis pomeridianis feriæ primæ, qua absolvebantur triginta dies mensis reverendi Safar, anno sexagesimo sexto post millesimum." [Add. 9680.]

DCCLVI.

Codex chartaceus in 4to. ff. 158: exaratus sæc., ut videtur, XVII.

"ABD AL-WAHHÁB IBN AHMAD IBN "ALI IBN AHMAD IBN MAHMÚD IBN MÚSA IBN ABU "ABD ALLAH SULTAN TILIMSÁN, عبد الوهاب ابن احمد بن علي بن احمد بن محمود بن موسي بن ابي عبد الله سلطان تلمسان. Obiit A.H. 973.[a]

Mandata religiosa et moralia, quæ a præceptoribus suis auctor accepit.

Tit. عهود و مواثيق
"Pacta et fœdera."

Hæc verba in initio operis rationem declarant: و بعد فهذه عهود و مواثيق اخذت علينا من مشايخنا الذين ادركناهم في القرن العاشر بارض مصر وهم نحو مابة شيخ ذكرناهم وذكرنا بعض مناقبهم في خاتمة كتاب الطباقات التي الفناها

"Hæc sunt pacta et fœdera, quibus obligati sumus a Shaikhis nostris, quibuscum convenimus sæculo decimo in terra Ægypto: sunt quidem Shaikhi fere centum, quorum in libro Classium a nobis conscripto et nomina tradidimus, et virtutes aliqua ex parte commemoravimus."

In fine libri legitur, هذا اخر المواثيق والعهود قال المولف و كان الفراغ منه علي يد مولفه سنة خمس واربعين وتسعماية

"Hæc est conclusio Fæderum et Pactorum. Dixit auctor: absolutus fuit liber manu scriptoris anno noningentesimo quadragesimo quinto." [Cotton. Tit. C. XIV.]

DCCLVII.

Codex chartaceus in 12mo. ff. 68: bene exaratus, sæc., ut videtur, XVI: pagina prima ornamentis pictis distincta est; reliquæ omnes lineis aureis et cæruleis inclusæ.

HÁMID IBN JALÁL AL-DÍN AL-HÁRITHI, vulgo SHAIKH ZÁDAH AL-HINDI, حامد بن جلال الدين الحارثي الشهير بشيخ زاده الهندي

Observationes ad caput nonum, de Sufismo tractans, libri inscripti الاشارات و التنبيهات, "Innuitiones et Monitiones,"[b] auctore Ibn Síná.

Tit. لطايف الاشارات في منازل السايرين ومقامات العارفين

"Subtilitates innuitionum de mansionibus progredientium et stationibus scientium."

Init. اللهم لك الحمد يا من اوحد الوجود و اجاد الجود

Opus inscriptum est Sultano Turcarum Sulaimán.

Hæc codicis descriptio a quodam anonymo præfixa est: "Latâyef al-eshârât, id est *Subtilitates Innuitionum*, sive Observationes ad libellum Avicennæ, quem inscripsit Al-eshârât *Innuitiones*, et in quo exposuit principia theoretica Sophorum de amore Dei et contemplatione essentiæ divinæ Auctor harum Observationum est *Hamed Ebn Jalaloddin* vulgo vocatus *Scheiq Zada al-Hendi.* Scripsit tempore Soleimanni Turcarum imperatoris." [Harl. 5746.]

DCCLVIII.

Codex chartaceus in 4to. ff. 194: exaratus charactere Occidentali, sæc., ut videtur, XVI. Quatuordecim folia prima manu recentiore addita sunt.

ABU "ABD ALLAH MUHAMMAD IBN ABU "ABD ALLAH MUHAMMAD IBN AHMAD AL-ANSÁRI AL-SÁHILI, ابو عبد الله محمد بن ابي عبد الله محمد بن احمد الانصاري الساحلي

Tractatus Suficus de cognitionis gradibus, et discipulorum officiis.

Tit. بغية السالك في اشرف المسالك
"Desiderium progredientis in nobilissima viarum."

Init. الحمد لله الذي جلا مرءات بصاير الذاكرين من صدا الغفلات

Continet præfationem et sex partes, quarum ultima iterum in sex capita dividitur. Capitis sexti pars extrema interiit.

Auctor floruit in Hispania, ineunte sæculo Hijræ octavo, ut cernendum est ex patris ejus et præceptoris vita, quæ fol. 146 et seqq. enarratur. Ille enim natus erat A.H. 649, in vico Dimellos دميالش, qui ad Hispaniæ urbem Muntames منتماس dictam pertinet. [Add. 9498.]

DCCLIX.

Codex chartaceus in 4to. ff. 220: sæc., ut videtur, superiore exaratus.

I. AHMAD IBN "ALI AL-BÚNI, احمد بن علي البوني. Obiit A.H. 622.[c]

Excerptum ex ejus opere de vi occulta nominum Dei, quod inscribitur شمس المعارف "Sol Cognitionum."

([a]) Is idem est ac al-Sha"ráni, de quo ad codicem præcedentem, art. i. et not. *a*, dictum est. De hoc ejus opere vide Haj. Khal. ad عهود, ed. Fluegel, tom. iv. p. 281, et Bibl. Bodl. Catal. tom. i. p. 119.

([b]) Vide Haj. Khal. sub اشارات, ed. Fluegel, tom. i. p. 300; et Uri, Bibl. Bodl. Catal. p. 118, Cod. CCCCLXI.

([c]) Vide Haj. Khal. sub شمس المعارف, ed. Fluegel, tom. iv. p. 74.

Init. فصل في استخدام الحروف
"Caput de acquirendo literarum ministerio."

II. Pars tractatus anonymi de arte magica dicta الروحانية, seu spirituali, quo formulæ quædam dæmones adjurandi continentur. fol. 33.

Tit. بغية الطالب وكنز المطالب
"Desiderium studiosi et disquisitionum thesaurus."

Init. [leg. استار الاسرار] الحمد لله الذي رفع اسرار الاستار لاهل عنايته

Dividitur liber in sectiones quinque: الفصل الاول في الاقسام و العزايم و ما يتعلق بذلك الفصل الثاني في النهايج و ما يناسب ذلك الفصل الثالث في القوارير و ما يناسب ذلك من الاعمال الفصل الرابع في المقاثيل و الشقاف و ما يناسب ذلك الفصل الخامس في الفرقة و البغضات

Harum autem prima tantum exstat, nec ipsa quidem integra: desinit enim abrupte diagrammate quodam, quo planetarum horis singulis præpositorum series exhibentur.

III. Fragmentum in initio et fine mutilum, quo disseritur de virtutibus versuum quorundam Corani, et nominum Lunæ. fol. 39.

Init. مالك الملك و اعلم ان هذه الاية الشريفة

IV. Opus anonymum de virtutibus nominum Dei, eorumque usu magico. fol. 54.

Procemii initium interiit: laudem Dei et preces pro Muhammad hæc verba excipiunt: اما بعد اعلم ايها الواقف علي هذا الكتاب و الطالب لهذا الفن و الملتمس لهذا العلم وفقنا الله و اياك بروح منه ان الباري عز وجل لم يخاطبه بالاسماء الخفية و الاسرار الربانية الا عقلاء الزمان و فقهاء الامم

Auctoris supra laudati al-Shaikh al-Búni, الشيخ البوني verba crebro adducuntur. Diagrammata insunt, ut etiam in fragmentis superioribus, compluria. [Add. 7493. *Rich.*]

D CCLX.

Codex chartaceus in fol. ff. 143: exaratus A.H. 1127, A.D. 1715.

"ABD AL-RAHMÁN IBN MUHAMMAD IBN "ALI AL-HANAFI AL-BUSTÁMI, عبد الرحمن بن محمد بن علي الحنفي البسطامي[a]

Opus cabbalisticum de reconditis literarum virtutibus, et magicis, quæ eis componuntur, figuris, tabulis ornatum compluribus.[b]

Tit. شمس الآفاق في علم الحروف و الاوفاق
"Sol regionum cœli de scientia literarum et telesmatum."

Init. الحمد لله الذي اطلع شمس الاوفاق من مشارق شوارق الاوذاق

([a]) De eo vide Casiri, Bibl. Arab. Hisp. tom. i. p. 364, et D'Herbelot, sub Basthami, ubi traditur A.H. 843 aut 848 obiisse. Uterque nomen ejus gentilitium Fathah vocali effert: in codice autem vocalis Dhammah pluries luculenter adpingitur.

([b]) Vide Haj. Khal. sub شمس الآفاق, ed. Fluegel, tom. iv. p. 73. Idem opus exstat in Bibl. Reg. Paris. Cod. 1177.

Auctor præfatur, hoc opus se condidisse in complementum alius a se prius editi, inscriptique لوامع انوار القلوب و جوامع اسرار الغيوب, "Lumina fulgurantia cordium et arcanorum mysticorum copiæ";[c] tum libros fere ducentos enumerat, quæ sibi in hac disciplina auxilio fuerint. Summam autem doctrinæ ait, se accepisse continua traditionis quasi catena, pendente quidem a viro sancto, pluries supra laudato Abu 'l-Hasan al-Shádili, ابو الحسن الشاذلي, his quatuor interpositis viris:

Abu "Abd Allah Muhammad Ibn Muhammad al-Kúmi al-Túnusi, ابو عبد الله محمد بن محمد الكومي التونسي
Ibn al-"Abbás al-Dahhán, ابن العباس الدهان
Abu 'l-"Abbás al-Jámi, ابو العباس الجامي
Abu 'l-"Azáim al-Máși, ابو العزايم الماضي

Dividitur opus in quinque sectiones فصول, e quibus quatuor tantum priores codice continentur. Temporis, quo scripserit, meminit auctor in calce sectionis tertiæ, fol. 93: و كان الفراغ من تاليف هذا الكتاب بحمد الله الغني الوهاب في غرة يوم الاربعا في التاسع و العشرين من ذي الحجة سنة ستة و عشرين و ثمانماية
"Absoluta est conscriptio hujus libri, cum laude Dei divitis munifici, mane feriæ quartæ, die vicesimo nono mensis Du 'l-Hijjah, anno octingentesimo vicesimo sexto."

Librarius in fine: قد تم الفراغ يوم الاربعاء وقت الظهر في ٢٣ شهر ذو القعدة سنة الف و ماية و سبعة و عشرين علي يد اقل الخدام و تراب الاقدام . . . مرعي بن حسين المرعي من تلاميذ عمه الشيخ احمد سويد الصوفي البغدادي
"Contigit finis feria quarta, hora meridiana, die vicesimo tertio mensis Dú 'l-Ca"dah, anno millesimo centesimo vicesimo septimo, manu minimi servorum, pulveris pedum . . . Mar"í Ibn Husain al-Mar"í, unius discipulorum avunculi ejus al-Shaikh Ahmad Suwaid al-Șúfi al-Bagdádi."
[Add. 7494. *Rich.*]

D CCLXI.

Codex chartaceus in 4to. ff. 64: exaratus charactere occidentali, sæc., ut videtur, XVIII.

Tractatus de arte divinandi per figuras in arena descriptas, في علم خط الرمل, insertis interdum diagrammatibus.

Tit. [leg. درر] الدرر المحيط في صفة العمل بحكم البسيط
"Margaritæ Oceani, in describenda methodo Judicii Simplicis."

Init. الحمد لله الذي اشرقت بنوره حجوب الاستار

Auctoris nomen haud comparet: ex proœmio autem cernitur, eum in Mauritania Occidentali المغرب الاقصي vitam degisse. Scripsit etiam, vestigia se pressisse doctoris in ea disciplina clarissimi al-Zanáti, الزناتي.[d] [Add. 9606. *Rich.*]

([c]) Ibid. tom. v. p. 341.

([d]) Abu "Abd Allah al-Zanáti, ابو عبد الله الزناتي laudatur ab Haj. Khal. sub رسالة في الرمل, ed. Fluegel, tom. iii. p. 405: de eodem vide Casiri, Bibl. Arab. Hisp. tom. i. p. 363, et Bibl. Bodl. Cat. tom. ii. p. 327, not *a*.

D CCLXII.

Codex chartaceus in 4to. ff. 141: exaratus sæc., ut videtur, xviii.

I. Abu "Abd Allah Muhammad Ibn Ahmad Ibn "Umar al-Sálimi, ابو عبد الله محمد بن احمد بن عمر السالمي.[a]

Opus quinquaginta constans capitibus de somniorum interpretatione.

Tit. كتاب الاشارة الي علم العبارة "Liber indicii ad scientiam interpretationis."

Init. الحمد لله الذي خلق الارواح فالق الاصباح

Auctor præfatur, hunc librum se potissimum ex opere Abu Ishac al-Kirmáni,[b] ابو اسحق الكرماني, excerpsisse, porro aliqua etiam ex aliis hausisse, quæ his viris tribuuntur: Ibn Sírín ابن سيرين, "Ali Ibn Abu Ṭálib, علي بن ابي طالب, al-Cairuwáni, القيرواني, Abu Ja"far Muhammad Ibn al-Ḥasan al-Kasái, ابو جعفر محمد بن الحسن الكسائي, et Abu Muḥammad Ibn Cutaibah ابو محمد بن قتيبة.

II. Quæstiones et responsa de interpretatione somniorum, السوالات و الجوابات في العبارة. fol. 132.

Init. فان قال لك القايل ما الجواب عن الاحلام

III. Fragmentum operis cujusdam oneirocritici. fol. 137.

Init. الباب الثامن في روية السلام [Add. 9694.]

D CCLXIII.

Codex chartaceus in 4to. ff. 278: exaratus sæc., ut videtur, xvi.

Khalíl Ibn Sháhín al-Ṭáhiri, خليل بن شاهين الظاهري.[c]

Liber de somniorum interpretatione.

Tit. كتاب الاشارات في علم العبارات "Liber indiciorum de scientia interpretationum."

Init. الحمد الله الذي خلق ادم من طين ثم نفخ فيه روحا

Dividitur in octoginta capita, ابواب. Auctor in proœmio opera laudat duo et viginti, quibus in hoc conscribendo usus sit, inter quæ etiam opus proxime præcedens: in calce autem lecturos monet, se jam pridem librum compendiosiorem edidisse de ejusdem disciplinæ principiis, cui nomen indiderit, الكوكب المنير في اصول التعبير, "Stella refulgens de fundamentis interpretationis." [Add. 9690.]

D CCLXIV.

Codex chartaceus in 4to. ff. 54: exaratus A.H. 1081, A.D. 1671.

Compendium ab initio mancum de arte oneirocritica, capitibus constans quinquaginta et novem. Auctoris nomen haud comparet neque ullus titulus in opere invenitur.

Init. هذا وجه التعبير و علي هذه الصفات المذكورة

In pagina prima tituli loco scriptum est هذا كتاب تعبير الرويا علي التمام والكمال, "Hic est liber interpretationis somniorum, in perfectione et integritate."

In fine, و كان الفراغ من هذه النسخة نهار الجمعة المبارك سادس عشر خلت من شهر ذي القعدة سنة ١٠٨١ "Absolutum est hoc exemplar horis diurnis feriæ sextæ benedictæ, sedecim diebus elapsis ex mense Ḍu 'l-Ca"dah, anno 1081." [Add. 6023.]

D CCLXV.

Codex bombycinus in 4to. ff. 88: exaratus sæc., ut videtur, xv.

Ṣalíh al-Dín Abu 'l-Ṣafá Khalíl Ibn Aibak al-Ṣafadi, صلاح الدين خليل بن آيبك الصفدي Obiit A.H. 764.[d]

Pars collectionis, quæ excerpta, tam soluto sermone quam metrico, ex operibus variis selecta complectitur.

In codicis fronte hæc legitur inscriptio in fundo aureo exarata: الجزء الثاني المحاسن و الاضداد و المكارم الاعرابيات, "Tomus secundus, Venustates, Contraria, et Virtutes. Grammaticalia."

Et in calce: الجزء الثاني في الاعرابيات "Tomus secundus, Grammaticalia tractans."

Uterque autem titulus spurius est: scriptus nimirum atramento recenti in loco scripturæ antiquæ, quæ prius erasa est. Vera inscriptio videtur fuisse تذكرة الصفدي, "Liber memorialis al-Ṣafadi," ita ut hic unus esset ex triginta tomis, quibus ille constare dicitur.[e] Incipit codex excerpto grammaticali de vi præpositionum, ex opere cujusdam Shams al-Dín Muhammad Ibn Cayyim al-Jauzíyah, شمس الدين محمد بن قيم الجوزية.

Desinit autem carmine breviori, quod collectionis auctor sibimet ipsi tribuit, cujusque hoc est exordium:

اقمت في حلق و الدهر يسعفني
فما علوت ذري مجد فاسقطني

[Add. 7301. *Rich.*]

D CCLXVI.

Codex chartæ lævigatæ in 4to. ff. 250: charactere ad ta"líc vergente exaratus A.H. 1113, A.D. 1702.

I. Taci al-Dín Abu Bakr Ibn "Ali, dictus Ibn Ḥujjah al-Ḥamawi, تقي الدين ابو بكر بن علي المشهور بابن حجة الحموي. Obiit A.H. 837.[f]

Florilegium quo narrationes lepidæ et acute

(a) Auctoris nomen in codice nullum comparet: desumptum est illud ab Haj. Khal. sub الاشارة الي علم العبارة, ed. Fluegel, tom. i. p. 307. Laudantur etiam ipse et hoc ejus opus in codicis proxime sequentis præfatione.

(b) Idem apud Haj. Khal. et in Cod. Add. 9690, fol. 2, vocatur Ibráhím al-Kirmáni: librum inscripsit دستور, "Regulam," vide ed. Fluegel, tom. iii. p. 227.

(c) De eo vide De Sacy, Chrest. Arab. tom. ii. p. 11, et Nicoll, Bibl. Bodl. Catal. tom. ii. p. 594.

(d) Vide supra, p. 286, Add. 7559.

(e) Vide Haj. Khal. ed. Fluegel, tom. ii. p. 263.

(f) Vide supra, p. 307, not. y, et Haj. Khal. sub ثمرات الاوراق, ed. Fluegel, tom. ii. p. 491.

aut eleganter dicta, ex operibus variis selecta, continentur.

Tit. ثمار الاوراق
"Fructus foliorum."

Init. اما بعد حمد الله الذي فكهنا بثمار اوراق العلما

II. Shams al-Dín Muhammad Ibn Muhammad al-Sábic al-Hamawi, شمس الدين محمد بن محمد السابق الحموي

Appendix ad opus præcedens, كتاب الذيل علي ثمرات الاوراق. fol. 190.

Init. حكي ان هرون الرشيد حج ماشيا و ان سبب ذلك ان اخاه موسي الهادي كان له جارية تسمي غادرا

In fine, كتبه فقير رحمة ربه محمد شاهين بن فتح الله بن شاهين الحموي و ذلك صبيحة الاربعا المبارك سادس ذي الحجة الحرام ختام شهور سنة ثلاثة عشر بعد المابة و الالف
"Scripsit indigens misericordiæ Domini, Muhammad Sháhín Ibn Fath Allah Ibn Sháhín al-Hamawi, et hoc quidem mane feriæ quartæ benedictæ, die sexto mensis sacri Du 'l-Hijjah, complentis menses anni tertii decimi post mille et centum." [Add. 7415. *Rich.*]

D CCLXVII.

Codex chartaceus in fol. ff. 178: charactere occidentali exaratus A.H. 1204, A.D. 1789.

Opus modo memoratum ثمار الاوراق, cui additur etiam, fol. 136, appendix eadem, ac in codice præcedente habetur, sed sine auctoris nomine.

In fine, و كان الفراغ منه ضحي يوم الاحد اواخر شهر الله المحرم فاتح السنة الرابعة بعد المايتين و الالف علي يد كاتبه محمد بن عبد الكريم الجليلي الجادي منشا التلمساني دارا
"Contigit librum absolvere ante meridiem feriæ primæ, in fine mensis Dei Muharram, inchoantis annum quartum post ducentos et mille, manu describentis eum Muhammad Ibn "Abd al-Karím al-Jalíli stirpe, al-Majádi ortu, al-Tilimsáni domicilio." [Add. 9565.]

D CCLXVIII.

Codex chartaceus in 4to. ff. 119: exaratus A.H. 1004, A.D. 1596. Folia in initio triginta unum manu diversa, sed non multo recentiore, descripta sunt.

Abu Bakr Ibn Hujjah al-Hamawi, ابو بكر بن حجة الحموي. Obiit A.H. 847.[a]

Anthologia uberrima, in qua innumera carminum fragmenta poetarum tam veterum quam recentiorum collecta, atque ex argumentorum ratione, in quibus quæque versantur, in classes varias distributa sunt. Nonnulla etiam sermone soluto in parte posteriori proferuntur.

Tit. تاهيل الغريب
"Domesticatio peregrini."

Init. الحمد لله الذي هدانا لتاهيل الغريب فاكرمنا مثواه

([a]) Vide supra, p. 307, not. *y*.

Auctoris nomen, cum in codice nullum inveniretur, ex mentione deprehendimus, quæ in fol. 3 occurrit, operis alius ab eodem editi, et nuncupati كشف اللثام عن وجه التورية و الاستخدام, quod quidem ab Ahmad al-Shirwáni in "Hadeequt ool Ufrah," p. 225, viro supra nominato attributum repperimus. Ipse propria etiam carmina nonnulla inseruit, quæ, ut ex adscriptis passim annorum notis cernitur, inde ab A.H. 802 ad A.H. 827 fere condita fuerunt.

In fine, تم تاهيل الغريب بحمد الله و عونه في اليوم السابع و العشرين من شهر رمضان المبارك من شهور سنة اربع و الف
"Explicit "Domesticatio peregrini" cum laude Dei, ejusque auxilio, die vicesimo septimo mensis Ramaḍán benedicti, e mensibus anni millesimi quarti." [Add. 7578. *Rich.*]

D CCLXIX.

Codex chartaceus in fol. ff. 168: exaratus A.H. 981, A.D. 1574.

Shams al-Dín Muhammad Ibn al-Hasan al-Nawwáji, شمس الدين محمد بن الحسن النواجي. Obiit A.H. 859.[b]

Florilegium poeticum, capitibus constans viginti quinque, in quo omnia acute et eleganter dicta congesta sunt, quæ vinum et convivia spectant.

Tit. حلبة الكميت
"Hippodromus Vini."

Init. الحمد لله الذي ادار كؤوس الادب علي اهل الذوق و الارب

In fine, و كان الفراغ من نساخته يوم الجمعة المبارك من اليوم الخامس و العشرين من شهر ذي القعدة المبارك من شهور سنة احدي و ثمانين و تسعماية علي يد العبد الفقير الي الله تعالي الحاج محمد بن الشيخ زكريا المؤذن بسرمين خليفة من خلفاء المشايخ السالكين الرفاعية
"Absoluta est descriptio ejus feria sexta benedicta, die vicesimo quinto mensis Du 'l-Ca"dah benedicti, ex mensibus anni noningentesimi octogesimi primi, manu servi pauperis erga Deum excelsum al-Hájj Muhammad Ibn al-Shaikh Zakariyyá, qui fuit Muwaddin in Sarmín,[c] et unus e vicariis Shaikhorum asceticorum, qui Rifá"itæ dicuntur." [Add. 7579. *Rich.*]

D CCLXX.

Codex chartaceus in 4to. ff. 248: charactere occidentali exaratus, perfectusque A.H. 1162, A.D. 1749.

([b]) De autore atque opere vide Haj. Khal sub حلبة الكميت, ed. Fluegel, tom. iii. p. 106; Nicoll, Bibl. Bodl. Cat. p. 389, not. *h*, et W. Jones, Poes. Asiat. Comm. p. 431. Sæpe citatur hoc opus a Grangeret de Lagrange in Anthol. Arab. Confer etiam De Sacy, Chrestom. Arab. tom. iii. p. 484, et Lane, "Thousand and One Nights," tom. i. p. 216.

([c]) Vicus prope Aleppum حلب· vide Mu"ajjam al-Buldán, Add. 16,649, sub voce.

Muhammad Ibn Cánisauh Ibn Sádic, محمد بن قانصوه بن صادق[a]

Anthologia poetica, cui etiam quædam sermone soluto adduntur.

Tit. مراتع الالباب في مرابع الاداب

"Pascua cordium in mansionibus literarum humaniorum."

Init. الحمد لله الذي جعل مراتع الالباب في مرابع الاداب

Auctor de opere in præfatione sic scribit: فهذا مجموع جمعته وانا شاب مشتغل بعلوم الاداب في عام ثمان وتسعين بعد ثمان من المائتين وسميته مراتع الالباب في مرابع الاداب وقد رتبته علي اشعار مطولات علي حروف الهجا ومقاطيع مثلها و مخمسات وموشحات وازجال ونثريات من مقامات ومفاخرات وحكايات و وقايع ونوادر ورحلة الامام الشافعي

"Hæc est collectio, quam conscripsi cum juvenis essem, et scientiis humanioribus operam navarem, anno nonagesimo octavo post centurias octo, atque nuncupavi: "Pascua cordium in mansionibus literarum humaniorum." Digessi autem eam in poemata longiora, secundum literas alphabeti disposita, carmina brevia ordine eodem, tum quinquiplicata, eaque quæ Muwashshah dicuntur, et Zajal; sequuntur fragmenta sermone soluto, ut sunt consessus, contentiones, narrationes, historiæ, anecdota; postremo peregrinatio Imami al-Sháfi"i."

Carmina longe plurima sunt ipsius collectoris propria. Alienorum autem auctores præcipuos operæ pretium est nominatim proferre; e quibus sex, qui scriptori tempore æquales fuisse videntur, primum teneant locum.

Shiháb al-Dín al-Mansúri, dictus al-Háim, شهاب الدين المنصوري الشهير بالهايم

Shams al-Dín Ibn Núr al-Dín Ibn Súdún al-Ibráhími, شمس الدين بن نور الدين ابن سودون الابراهيمي

Fath al-Dín Abu 'l-Fath al-Hasan al-Siráji, فتح الدين ابو الفتح الحسن السراجي

Shams al-Dín Muhammad Ibn Abu Bakr al-Cádiri al-Jauhari, شمس الدين محمد بن ابي بكر القادري الجوهري

Muhammad Ibn Shádi Khujá al-Násiri, محمد بن شادي خجا الناصري

Zain al-Din "Abd al-Cádir al-Dumáti, زين الدين عبد القادر الدماطي

Safi al-Dín al-Hilli, صفي الدين الحلي

Fakhr al-Dín Ibn Mukánis, فخر الدين ابن مكانس

Abu 'l-Fasl Ibn Abu 'l-Wafá, ابو الفضل بن ابي الوفا

Jamál al-Dín Ibn Nubátah, جمال الدين بن نباتة

Zain al-Dín Abu Bakr al-Balátunusi, زين الدين ابو بكر البلاطنسي

"Izz al-Dín Abu 'l-Khair al-Mausili, عز الدين ابو الخير الموصلي

Burhán al-Dín al-Círáti, برهان الدين القيراطي

Ibn al-Nabíh, ابن النبيه

Abu Bakr Ibn Hujjah, ابو بكر بن حجة

Zain al-Dín "Abd al-Rahman Ibn al-Kharrát al-Marwazi, زين الدين عبد الرحمن ابن الخراط المروزي

Shams al-Dín Muhammad Ibn al-Nawwáji, شمس الدين محمد بن النواجي

Muhammad Wafá, محمد وفا

Husám al-Dín al-Hájiri, حسام الدين الحاجري

Núr al-Dín Ibn Sáhib Tikrít, نور الدين صاحب تكريت

Ibn al-"Afíf al-Tilimsáni, ابن العفيف التلمساني

Ibn Saná al-Mulk, ابن سنا الملك

II. "Abd al-Rahman Ibn Sayyid Sagír al-Akhsari, عبد الرحمن بن سيد صغير الاخضري[b]

Pœma Suficum, metro Rajaz, de animæ natura divina. fol. 204.

Init. يقول راج رحمة المقتدري
المذنب العبد الذليل الاخضري

Versus ultimus hic est: في اربعة و اربعين تدنجز من عاشر القرون قل هذا الرجز, "In anno quadragesimo quarto sæculi decimi absolutum est hoc Rajaz."

III. Nomina Dei pulcherrima, ab eodem, ut videtur, versibus inclusa. هذه اسمايه الحسني منضومة. fol. 210.

Init. يا رب باسماؤك الحسنا ادعوا بها
من شر نفسي و من دني و اوزاري

IV. Ejusdem "Abd al-Rahman al-Akhsari poema didacticum, metro Rajaz, de hæreditatum divisione. fol. 210. b.

Tit. بالدرة البيضا في احسن الفنون والاشيا

"Margarita candida de pulcherrima disciplinarum et rerum."[c]

Init. يقول راج العفو والغفران الاخضري عابد الرحمان

In fine de tempore, quo scriptum fuerit:

و قد فرغت من جميع النظم بافضل الشهور شهر الصوم
من سنة الاربعين مكملة من بعد تسع ماية محملة

"Integrum opus versibus inclusum absolvi in mensium præstantissimo, mense jejunii, anno quadragesimo post centurias completas novem."

V. Ibráhím al-Ja"bari, ابراهيم الجعبري. Obiit A.H. 687.[d]

Díwán, sive carminum Suficorum collectio, cui notitia brevis de auctore præfigitur. fol. 218.

Init. اضحي محبك ساكب العبراتي
يا من معاني في هواه مماتي [leg. حياتي]

(a) Carmen ejus exstat in "Hudeequt ool Ufrah," p. 222, ubi ipse al-Misri seu Cahirensis vocatur. Ex codice ipso etiam elucet, eum in al-Cahirah potissimum degisse, præceptore autem usum esse viro clarissimo Jalál al-Dín al-Suyúti, جلال الدين السيوطي

(b) Vide supra, p. 202, Add. 9683, art. xx; et p. 251, Add. 9620.

(c) Vide Haj. Khal. ad الدرة البيضا, ed. Fluegel, tom. iii. p. 200.

(d) Vide notitiam in codice fol. 218 b, et alteram in "Lawácih al-Anwár," Add. 7348, fol. 1.

In fine, تم الديوان المبارك بعون الله و حسن توفيقه علي يد افقر العباد احمد بن حسين بن يوسف سنة ١١٦٢ في ليلة الثلاثة من محرم الحرام فاتح شهور العام ثمانية عشر خلت منه

"Explicit Díwán benedictum Dei auxilio favoreque optimo, manu servorum pauperrimi, Ahmad Ibn Husain Ibn Yúsuf, anno millesimo centesimo sexagesimo secundo, vigiliis feriæ tertiæ, mense sacro Muharram inchoante menses anni, elapsis ex eo decem et octo diebus." [Add. 9677.]

DCCLXXI.

Codex chartaceus in 4to. ff. 139: negligenter exaratus A.H. 1063, A.D. 1653.

Shiháb al-Dín Mahmúd Ibn Salmán Ibn Fahd al-Halabi al-Hanbali, شهاب الدين محمود بن سلمان بن فهد الحلبي الحنبلي. Obiit A.H. 725.[a]

Opus anthologicum, in quo narrationes in poetarum amoribus potissimum versantes, et carmina amatoria ex operibus diversis excerpta colliguntur.

Tit. منازل الاحباب و منازه الالباب

"Diversoria amicorum et ambulacra amoena cordium."

Init. اما بعد حمد الله و الاعتصام به عن فتنة الشيطان

In fine, تم الكتاب بعون الملك الوهاب ضحوة يوم الخميس ثامن و عشرون من شهر شعبان سنة ١٠٦٣ مشقه العبد الفقير عبد الملك الديان علي بن عبد النبي

"Explicit liber ope Regis munifici, mane feriæ quintæ, die vicesimo octavo mensis Sha"ban, anno 1063; exaravit eum servus indigens "Abd al-Malik al-Dayyán "Ali Ibn "Abd al-Nabi." [Add. 7304. *Rich.*]

DCCLXXII.

Codex chartaceus in 4to. ff. 191: duos continens libros una manu literisque occidentalibus exaratos, priorem A.H. 1113, A.D. 1701, alterum A.H. 1114, A.D. 1702.

I. Ahmad Ibn Yahya al-Tilimsáni, dictus Ibn Abu Hajalah, احمد بن يحيي التلمساني المعروف بابن ابن حجلة. Obiit A.H. 776.[b]

Florilegium poeticum de amore, amatoribus, et rebus ad amorem pertinentibus.

Tit. ديوان الصبابة
"Diwanum Amoris."[c]

Opus divisum est in introductionem مقدمة, triginta capita ابواب, et epilogum خاتمة.

Init. الحمد لله الذي جعل للعاشقين باحكام الغرام

II. Ejusdem opus de Ægypto, inscriptum سكردان السلطان, "Saccharotheca Sultani."[d] fol. 113.

([a]) Quum de auctore codex sileret, nomen ejus protulimus ex testimonio Haj. Khal., sub منازل الاحباب, Add. 7446, fol. 483.

([b]) Vide supra, p. 156, Add. 7319.

([c]) Vide Haj. Khal. sub ديوان الصبابة, ed. Fluegel, tom. iii. p. 290.

([d]) Idem recensetur supra, p. 156, Add. 7319.

In fine, كان الفراغ من نسخه صبيحة يوم الثلاثة الرابع و العشرين من جمادي الاولى سنة اربعة عشر و مايه و الف علي يد العبد الفقير الي رحمة ربه محمد بن مصطفى

"Factus est finis exscribendi ejus mane feriæ tertiæ, die vicesimo quarto Jumáda prioris, anno millesimo centesimo decimo quarto, manu servi pauperis Muhammad Ibn Mustafa." [Add. 9668.]

DCCLXXIII.

Codex chartaceus in fol. ff. 286: charactere Africano descriptus, sæc. fortasse xvi.

Anthologia erotica, in qua carmina ex ratione variarum, quæ eis depinguntur, amoris specierum conditionumque in classes digesta sunt, et multæ etiam intertexuntur de clarissimis amatoribus narrationes.

Tit. اسعار الاسواق في اشعار العشاق

"Pretia mercatuum de poesi amatorum."

Init. الحمد لله الذي اظهر مآثر المحبة للعشاق

Opus dividitur in capita ابواب quadraginta: codex autem desinit abrupte in medio vicesimo tertio his verbis: فقال تنفاء مشرقة الغزال تصف فرسا فقالت

Præmittitur introductio, in qua meminit auctor operis olim de eadem re longe prolixius conscripti, constantis nimirum tomis viginti duobus, inscriptique مصارع العشاق, "Cædes amantium,"[e] auctore Abu Muhammad Ja"far Ibn Ahmad, dicto Ibn al-Sarráj al-Cári al-Bagdádi,[f] ابو محمد جعفر بن احمد المعروف بابن السراج القاري البغدادي, quod porro tradit in compendium redactum fuisse a Burhán al-Dín Abu 'l-Hasan Ibrahím Ibn "Umar al-Bicá"i,[g] برهان الدين ابو الحسن ابرهيم بن عمر البقاعي, qui in idem etiam inseruit opus integrum dictum الواضح المبين في ذكر من استشهد من المحبين, "Manifestatio perspicua in commemorationem amantium, qui martyrium passi sunt," auctore "Alá al-Dín al-Mugultái,[h] علاء الدين المغلطائي, una cum narrationibus quibusdam excerptis ex libro inscripto منازل الاحباب و منازه الالباب, "Diversoria amicorum et ambulacra amoena cordium," cujus auctor dicitur al-Shiháb Mahmúd,[i] الشهاب محمود, et operi ita conflato nomen indidit اسواق الاشواق seu "Emporia desideriorum."[k] Illam demum collectionem ait se diligentia summa perlegisse

([e]) Vide Haj. Khal. sub voce, ed. Fluegel, tom. v. p. 574.

([f]) Obiit A.H. 500: vita ejus exstat apud Ibn Khallikán, ed. De Slane, tom. i. p. 164.

([g]) Obiit A.H. 885: vide Haj. Khal. sub نظم الدرر في تناسب الآي والسور, Cod. Add. 7446, fol. 517, b.

([h]) Obiit A.H. 762: vide Haj. Khal. sub الواضح المبين, Cod. Add. 7446, fol. 526, et sub اشارة, ed. Fluegel, tom. i. p. 308.

([i]) Shiháb al-Dín Mahmúd Ibn Salmán al-Halabi, شهاب الدين محمود ابن سلمان الحلبي, qui A.H. 725 mortuus est: vide Haj. Khal. ad منازل الاحباب, Cod. Add. 7446, fol. 483, b.

([k]) De hoc opere vide Haj. Khal., sub مصارع العشاق, ed. Fluegel, tom v. p. 574, et Kosegarten, Chrestom. Arab. pp. x, xi, et pp 28—54, ubi excerpta nonnulla ex eodem proferuntur.

cum præceptore suo Cáṣi 'l-Cuṣát Kamál al-Dín Abu 'l-Faṣl Muḥammad al-Cádiri, قاضي القضاة كمال الدين ابو الفضل محمد القادري, qui ab ipso auctore interpretationem accepisset, deinde autem locis inde selectis, additamentisque ex aliis quibusdam operibus depromptis, hanc suam Anthologiam composuisse. [Add. 9568.]

DCCLXXIV.

Codex bombycinus in fol. ff. 156: exaratus sæc., ut videtur, XVI.

Dáwud Medicus, داود الطبيب.

Collectio carminum eroticorum, necnon narrationum de claris amatoribus.

Tit. تزيين الاسواق بتفصيل اشواق العشاق
"Exornatio mercatuum expositione distincta desideriorum amantium."[a]

Init. الحمد لله الذي اطلع في بروج اعتدال القدود شموس المحاسن و الجمال

Auctor monet in præfatione, librum se excerpsisse ex anthologia erotica ab Ibráhím al-Bicá'i ابراهيم البقاعي conscripta, dictaque اسواق الاشواق, "Mercatus cupidinum,"[b] atque additamentis quibusdam aliunde desumptis auxisse. Opus porro dividit in introductionem مقدمة, capita ابواب quinque, et conclusionem خاتمة. Scripsit in fine, librum ad finem perductum fuisse hora octava feriæ quartæ, die decimo quinto mensis Shawwál, anno noningentesimo septuagesimo secundo, و قد وافق ختامي له ثامنة الاربعا خامس عشر شوال من شهور سنة اثنين وسبعين وتسعماية
[Add. 7416. *Rich.*]

DCCLXXV.

Codex bombycinus in 4to. oblong. ff. 207: exaratus ipsa, ut videtur, auctoris manu, A.H. 897, A.D. 1492.

Florilegium amatorium tam pedestri quam poetico sermone.

Tit. سكردان العُشاق ومنازه الاسماع و الاماق
"Saccharotheca amantium et ambulacra amœna aurium et oculorum."

Init. الحمد لله الذي حكم بعدله و قهر

Collector nomen suum non prodidit; de tempore autem, quo opus perfecerit hæc in fine scripsit: وهذا اخر ما كنت جمعته وانا مختفٍ من مسودتي التي تاريخها سنة احدي وثمانين وثمان ماية و ذلك بتاريخ ثاني عشر شهر ذي حجة حرام سنة سبع وتسعين وثمان ماية
"Hic finis est eorum, quæ, dum delitebam, e primis meis schedis collegeram, quæ scriptæ fuerant anno octingentesimo octogesimo primo: explicit die duodecimo mensis peregrinationis in loca sacra, anno octingentesimo nonagesimo septimo."

(a) Vide Kosegarten, Chrest. Arab. p. x, et narrationem ex hoc opere extractam, p. 22.
(b) De hoc opere vide supra, p. 348, Cod. Add. 9568

Pars prior narrationes حكايات continet sermone soluto, quas auctor partim ab ore familiarium acceperat, partim desumpsit ex operibus variis. Altera, quæ illa longe est amplior, fragmentis constat poeticis, carminibusque variorum brevioribus, مقاطيع واشعار, quæ ex argumenti ratione in classes diversas digesta sunt. Additur etiam conclusio, quibus hæc præmittuntur: و قد عنّ لي ان اختمه من اقوال الرجال و اخبار القضاة الورعين و الزهد في الدنيا و ذمها و ذكر الموت و ما يرجي من رحمة الله
"Visum est mihi, ut opus concluderem dictis quibusdam virorum clarorum, narrationibus de judicibus piis, atque sententiis de abstinentia a mundo, ejusque reprobatione, de commemoratione mortis et fiducia in Dei clementia."
[Add. 7418. *Rich.*]

DCCLXXVI.

Codex chartaceus in 4to. ff. 77: sæc. XVII exaratus.

Shaikh al-Islám al-'Árif bi 'lláh Aḥmad Efendi, munere Judicis al-Cáhiræ functus, شيخ الاسلام العارف بالله احمد افندي المتقاعد عن قضا مصر المحروسة

Libellus oratione soluta versibusque commixtis constans, quo amoris dolores et deliciæ poetice adumbrantur.

Tit. روضة المشتاق و بهجة العشاق
"Hortus desiderantis et delectatio amantium."

Init. الحمد لله الذي حكم بسلطان المحبة والشغف

Quo tempore opus perfectum fuerit, auctor in calce hoc versu chronographo significat:

در و ياقوت و مرجان بدا

quo numerus 1031 efficitur. [Add. 9679.]

DCCLXXVII.

Codex bombycinus in 4to. formæ oblongæ: ff. 110: duobus manibus exaratus sæc. fere XVI.

I. Fragmentum operis anthologici, quo narrationes de amatoribus et carmina erotica continentur.

Incipit in media sectione sexta. Septimæ hoc est argumentum: الفصل السابع في الوداع و التاسف علي اوقات الاجتماع, Sectio septima de valedictione et mœrore super temporibus congressus."

Desinit autem in media sectione decima nona, in qua agitur de responsionibus jurisperitorum ad ea, quæ amantes amoris illiciti evitandi causa eos rogaverint, في ذكر فتاوي سالها المحبون تورعا عن الوقوع في الحرام

II. Opus aliud ejusdem argumenti, itidemque in initio et fine mutilum. fol. 74.

Narratio prima incipit: عن مصعب بن عبد الله الزبيري قال تزوج مالك بن عمرو الغساني بنت عم للنعمان بن مشد الانصاري و كلف كل واحد منهما بصاحبه و كان مالك شجاعا

Ultima autem sic: و من الطف ما يحكي في هذا الباب من مساعدة اهل الهوي و مساعدتهم علي اطفاء نار الجوي ما اورده الشريف ابو يعلي بن الهبارية في كتاب لقابط العرب

[Arund. Or. 37.]

D CCLXXVIII.

Codex bombycinus in 4to. min. ff. 217: sæc. fere XIII exaratus.

ABU 'ALI 'ABD AL-RAHÍM IBN 'ALI AL-'ASCALÁNI, dictus AL-CÁṢI AL-FÁṢIL, ابو علي عبد الرحيم بن علي العسقلاني المشهور بالقاضي الفاضل. Obiit A.H. 596.[a]

Collectio epistolarum, quas scripsit de negotiis publicis ad Sultanum Ṣaláh al-Dín, aliosque ex eadem stirpe principes, apud quos Waziri munere functus est, necnon ad al-'Imád al-Kátib al-Iṣfaháni,[b] inde ab A.H. 579 ad 595.

Init. نسخة الكتاب الصادر عن المجلس العالي الفاضلي ادام الله نعمته الي الاجل العالم عماد الدين

Additur in calce carmen elegiacum, cui hæc præfiguntur: القاضي ابو عبد الله الحسين بن احمد المعري يرثي ولدا له كان صغيرا, "[Dixit] al-Cáṣi Abu 'Abd Allah al-Ḥusain Ibn Ahmad al-Ma'arri,[c] deflens filium suum parvulum."

Init. الكل باكية ترق و تجزع و لكل فاقدة اراك توجع

[Add. 7465. *Rich.*]

D CCLXXIX.

Codex bombycinus in 4to. ff. 108: exaratus sæc., ut videtur, XIV.

Selecta ex ejusdem AL-CÁṢI AL-FÁṢIL القاضي الفاضل epistolis et sententiis, collecta atque edita a JAMÁL AL-DÍN MUHAMMAD IBN NUBÁTAH,[d] جمال الدين محمد بن نباتة, qui præfationem brevem præfixit.

Hæc inscriptio in codicis fronte legitur: الفاصل[e] من كلام القاضي الفاضل, "Discriminator e dictis al-Cáṣi al-Fáṣil."

Init. اما بعد حمد الله منشي الخلق بصنعه

Codicem ex collectoris autographo exscriptam fuisse, hæc notula librarii manu in calce addita testatur: هذا اخر ما وجدته من اختيار الشيخ جمال الدين ابن نباتة من كلام القاضي الفاضل و من خط الشيخ جمال الدين نقلت

"Hæc est conclusio ejus, quod inveni ex selectione Shaikhi Jamál al-Dín Ibn Nubátah e dictis al-Cáṣi al-Fáṣil, atque ex chirographo Shaikhi Jamál al-Dín descripsi." [Add. 7307. *Rich.*]

([a]) Vitam ejus vide apud Ibn Khallikán, ed. Wustenfeld, vit. 384.

([b]) De eo vide supra, p. 153, Add. 7309.

([c]) Cum hæc punctis diacriticis careant, licet etiam legere المقري, al-Mucri.

([d]) Obiit A.H. 763: vide supra, p. 205, not. *w*.

([e]) Idem titulus profertur ab Haj. Khal. sub voce.

D CCLXXX.

Codex bombycinus in 4to. min. ff. 200: A.H. 747, A.D. 1346.

SHIHÁB AL-DÍN ABU 'L-'ABBÁS AHMAD IBN YAHYA IBN FAṢL ALLAH AL-'UMARI, شهاب الدين ابو العباس احمد بن يحيي بن فضل الله العمري. Obiit A.H. 749.[f]

Opus uberrimum de rebus, quas scriba regius scire debeat.[g]

Tit. التعريف بالمصطلح السريف

"Institutio ad stylum sublimem."

Init. الحمد لله الذي ميز مقادير الرتب وفنن القوانين

In fine, تم علي يد الفقير الي الله تعالي ابو بكر بن عمر بن ابي بكر بن محمد الجاجرمي اصلاً البغدادي مولداً في اوايل جمادي الاول سنة سبع واربعين و سبعماية

"Absolutum est manu indigentis erga Deum supremum Abu Bakr Ibn 'Umar Ibn Abu Bakr Ibn Muhammad, al-Jájarmi origine, al-Bagdádi ortu, initio Jumáda prioris, anno septingentesimo quadragesimo septimo." [Add. 7466. *Rich.*]

D CCLXXXI.

Codex chartaceus in 4to. ff. 111: exaratus A.H. 1231, A.D. 1815.

Inshá, انشاء, seu exempla epistolarum et syngrapharum, ex optimis collectionibus ab anonymo selecta. Epistolæ aliquot tribuuntur cuidam 'Abd Allah, dicto Fakhri Zádah عبد الله المشهور بفخري زاده. Præfigitur index argumentorum.

Init. فهذه منشي مستخرجة من جواهر زواهر كتب الانشاءت والمراسلات بلغاة عجيبة

[Add. 7467. *Rich.*]

D CCLXXXII.

Codex chartaceus in 4to. ff. 86: scriptus sæc. ut videtur, XVI.

Pars prior tractatus anonymi de Physiognomia, الفراسة, sive arte, qua ex corporum specie signisque externis intimus eorum habitus animique indoles cognoscuntur, conscripti potissimum in illorum usus, qui servos puellasve delectu idoneo velint coemere.

Init. الحمد لله بجميع محامده و صلي الله علي سيدنا

Dividitur opus in octo sectiones, quarum quatuor tantum priores hoc codice habentur. Inscribitur regi ex Ayyubidarum stirpe, Ṣaláh al-Dín al-Malik al-Ṣálih Abu 'l-Muṭaffar Ahmad Ibn al-Malik al-Ṭáhir Abu 'l-Muṭaffar Gázi Ibn al-Malik al-Násir Abu 'l-Muṭaffar Yúsuf Ibn Ayyúb Shádi,[h] صلاح الدين الملك الصالح ابو المظفر احمد بن الملك الظاهر ابي المظفر غازي بن الملك الناصر ابي المظفر يوسف بن ايوب شادي

[Add. 7592.]

([f]) Vide supra, p. 273, not. *a*.

([g]) De opere vide Haj. Khal. sub تعريف بالمصطلح. Ejusdem operis editio emendata et aucta recensetur a Nicoll, Bibl. Bodl. Catal. tom. ii. p. 352.

([h]) Natus est circa A.H. 601: A.H. 631 Aintabæ عينتاب imperium tenebat: vide Abulf. Annal. Musl. tom. iv. pp 260 et 402.

D CCLXXXIII.

Codex bombycinus in 4to. ff. 64: exaratus A.H. 739, A.D. 1338. Mancus et multis in locis madore corruptus.

Opus de armorum tractatione et equitandi arte. Codex in initio mutilus, ita ut præfationis non nisi extremæ lineæ exstent. Caput primum inscribitur: ذكر العمل بالسيف, "De usu gladii."

Finis: و الفروسية عادة بكثرة الادمان عليها

Librarius in calce: و وقع الفراغ منه في يوم السبت تاسع شهر ربيع الاول سنة تسعة وثلاثين وسبعماية وتاريخ النسخة الاول فى تاسع رجب سنة ثمان وثمانين و خمس مائة "Absolutum est die sabbati, nono mensis Rabí' prioris, anno septingentesimo tricesimo nono; primum autem exemplar exaratum erat die nono Rajab anni quingentesimi octogesimi octavi."

[Add. 7514. *Rich.*]

D CCLXXXIV.

Codex bombycinus in 4to. ff. 132: exaratus A.H. 655, A.D. 1257.

Tractatus de scachorum ludo, كتاب الشطرنج, diagrammatibus permultis instructus, sine auctoris nomine.

Init. الحمد لله الذي العزة القاهرة و الحجة الباهرة

Auctor paucis præfatur, opus se conscripsisse in gratiam principis cujusdam, qui his titulis insignitur: الجناب المولوي العالمى المؤيدي المظفري العادلي, cujus autem nomen, quod hæc continuo sequebatur, erasum est. Paulo infra de libri divisione hæc leguntur; قد جعلته على مراتب منها المنصوبات المغلوبات المنصلة بالشاه والمنصوبات المغلوبات المتصلة بغير الشاه والقوايم التي اصطلح عليها وختمت الكتاب باشكال حسنة وابيات شواهد على انواع لعب الشطرنج اقتسبتها من الحذاق في هذا الفن "Digessi eum in classes quasdam, ut sunt positiones, in quibus victoria a Shah pendet, positiones in quibus victoria ab aliis quam Shah pendet, et ludi, in quibus neuter vincit. Concludi autem librum problematibus lepidis et versibus quibusdam, qui in variis scachiludii casibus recitari solent."

His autem præmittitur introductio, in qua primum sociorum Prophetæ et virorum sanctorum dicta proferuntur, quibus scachiludium licitum efficitur, tum de ejus inventione atque significatione, postremo de variis lusorum classibus disseritur.

In pagina prima duæ inveniuntur inscriptiones diversis manibus exaratæ. Prima est: كتاب في الشطرنج ومنصوباته وملحه, "Liber de ludo scachorum, ejusque positionibus, et subtilitatibus."

Altera autem: كتاب الشطرنج للبصري, "Liber Scachiludii, auctore al-Baṣri." Hæc autem vix dubium est, quin errore sit ab his verbis in libri initio deprompta قال الحسن البصري, "Dixit al-Ḥasan al-Baṣri," quibus quidem non operis, sed sententiæ tantum ibi allatæ, scriptor significatur.

In fine, تم الكتاب بتاريخ اليوم السادس عشر من شهر جمادي الاخرة من سنة خمس و خمسين و ستماية "Explicit liber die sexto decimo mensis Jumáda alterius, anno sexcentesimo quinquagesimo quinto."

[Add. 7515. *Rich.*]

D CCLXXXV.

Codex chartaceus in 8vo. ff. 18: exaratus s. ec., ut videtur, XVI.

Alphabetum et Syllabarium Arabicum, cui subjungitur al-Fátihah, seu Caput Corani primum.

[Reg. 16. A. v.]

D CCLXXXVI.

Folium chartaceum duplicatum, literis crassis manuque rudissima exaratum A.D. 1734, cum aliis compactum.

Sententiæ quædam breves e Corano deprompta et multoties iteratæ.

Init. بسم الله الرحمان الرحيم لاحول ولا قوة

In folii dorso scriptum est: "This paper was wrote by Mahomet, an Arabian Molah from Mecca, at Ardah, the capital city of the Emperor of Laumy [?], the 10th of August 1734, and there given to me Geo. Appleby."

[Sloan. 1968, ff. 172, 173.]

D CCLXXXVII.

Folium chartaceum duplicatum, literis Africanis exaratum A.H. 1080, A.D. 1669, cum chartis miscellaneis compactum.

Diploma commeatus, quo venia datur Legato Anglico Mauritaniam ingrediendi, atque Fez urbem adeundi.

Init. العلم الوقف على ما سطرناه

Datum, في السبع عشرمن ربيع الثاني عام ثمانين و الف, "die vicesimo septimo Rabí alterius, anno millesimo octogesimo."

Pagina ex adverso posita exhibet ejusdem versionem Hispanicam. In folii dorso scriptum est: "1669. Copy of Taffaletto's[*] seguro to the Lord Ambassador Howard. Received in Tanger, Septemb. 21."

[Sloan. 3299, ff. 132, 133.]

D CCLXXXVIII.

Folia duo formæ quartæ, literis Mauritanis exarata, A.H. 1092, A.D. 1681.

Al-Ḥájj Bul-Cásim Ibn 'Abd al-Málik, الحاج بلقاسم بن عبد المالك

I. Epistola ad ejus cognatos in Timbuktu missa, in qua de rebus ad pecuniam et mercimonia pertinentibus agitur; data Tunesii extremo mense Ramaḍán, anno 92 (pro 1092), 92 في اواخر رمضان

(*) Taffaletto nomine designatur Mauláya al-Rashíd, مولاي الرشيد, qui A.D. 1664—1672 Mauritaniæ imperavit.

II. Epistola ab eodem dictata ad familiarem ejus, Dominum Nobilem Bú 'l-"Abbás Mauláya Ahmad Ibn "Abd al-Hádí, السيد الشريف بو العباس مولاى احمد بن عبد الهادى, qui in Fez Mauritaniæ degisse videtur: data Tunesii, die decimo octavo mensis Ramasán, anno millesimo nonagesimo secundo, فى ثامن عشر من رمضان اثنين و تسعين و الف. [Sloan. 3442.]

D CCLXXXIX.

Folium chartaceum, literis Africanis rudique manu exaratum A.D. 1734, cum epistolis variorum compactum.

Epistola, qua Africanus quidam Ayyúb Ibn Sulaimán Jalá, ايوب بن سليمان جلا Dominum H. Sloane salvere jubet, et de salute sua certiorem facit: data die nono mensis Rajab (A.D. 1734) in Gambia terra, provincia James Island, فى الرجب تسع يوم في بلاركمبي ربع جيمس ايلن

Subjungitur in ima pagina ejusdem versio Anglica, si quidem eam versionem liceat dicere, quæ alia omittit, alia addit, ita ut a textu prorsus fere discrepet. [Sloan. 4049, fol. 67.]

D CCXC.

Folia duo formæ quartæ, quibus specimina calligraphiæ Arabicæ exhibentur, sæc., ut videtur, XVIII; e dono Alex. Dow.

I. Pagina literis Naskhi nitidissimis exarata, margine inclusa viridi, spatiisque inter lineas deauratis. Oratio inest utrinque manca, his incipiens verbis, احد بناصيتها ان ربي علي صراط مستقيم, quæ leguntur in Corano Cap. XI., v. 59.

II. Pagina præcedenti similis, literis autem grandioribus exarata, floribus croceis in margine ornata. Exhibet epistolam ad amicum, a cujus consuetudine se diremptum esse, auctor conqueritur.

Init. لله ساعات نقضت بكم ماكان احلاها

In ima pagina nomen extat, ut videtur, librarii: العبد علي اكبر, "Servus "Ali Akbar." [Add. 4834.]

D CCXCI.

Sex tabulæ ligneæ plus binis pedibus longæ, latæ digitos octonos, rosis pictis distinctæ, quibus inscriptæ sunt literæ Cuficæ grandiores atque ornatissimæ, addita etiam earundem transcriptione literis Naskhi minoribus, sæc., ut videtur, XVIII.

Sententiæ sex ex Corano et Pseudo-Prophetæ dictis selectæ, quarum prima hæc est: قال عليه السلام طلب العلم فريضة علي كل مسلم و مسلمة

In parte aversa tabulæ primæ legitur: "Presented by Edw. Wortley Montague [3 Apr. 1772]." [Add. 4852.]

D CCXCI.

Tabulæ ligneæ duo oblongæ, fere sesquipedales, floribus pictis ornatæ, sæc. XVIII; ex dono E. W. Montague.

I. Monogramma literis mirum in modum intertextis effictum, iis simile, quæ Tugra dicuntur, quo autem, ut ex addita Naskhi scriptura licet perspicere, hoc habetur dictum Muhammadis: شفاعتي لاهل الكبائر من امتي

In ima pagina legitur nomen artificis: حسن بن عمر مغنيسوى, "Hasan Ibn "Umar Magnísawi."

II. Verba, quibus "Ali Khalífah traditur Muhammadis speciem corporisque habitum depinxisse: innotuerunt titulo حلية النبي, "Ornatus Prophetæ."

Init. لم يكن بالطويل الممغط ولا بالقصير المتردد

In angulis scripta sunt nomina Khalifarum quatuor priorum: in ima autem tabula librarii nomen: مصطفي الرفقي الازميري "Mustafa al-Rifci al-Azmíri." Additur etiam anni nota ١١٨٢, sive A.D. 1767. [Add. 4853.]

D CCXCII.

Folium chartaceum majus, ornamentis pictis atque in ima pagina effigie manus distinctum, sæc., ut videtur, XVIII exaratum; ex dono E. W. Montague.

Fœdus, quod Muhammad cum Christianis pactus esse traditur,[a] العهد الذي كتبه محمد بن عبد الله الي كافة النصارى: datum in templo Prophetæ, cui Deus benedicat, die tertio mensis sacri Muharram, anno Hijræ secundo, في مسجد النبي صلي الله عليه و سلم بتاريخ الثالث من محرم الحرام ثاني سنة من الهجرة [Add. 4854.]

[a] Excusum est hoc opusculum, una cum Gabrielis Sionitæ versione Latina, Paris. 1630. De eo vide Schnurrer, Bibl. Arab p. 442, et Tychsen, Comm Soc Reg Gott. t. XV p. 152

